abstinẽtia. Maioris pfectiõis ĩ eo cõuersatio cũ hoib9 q̃ solitudo iohis in here-
mo quoniã hec & silia puenıebãt ex fonte sue ardẽtissime caritatis. Nam sicut
hũanã assumẽdo nataꝫ ĩ uris qđe fact9 ẽ hũilis sed ĩ ppriis remãsit excelsus sic
ex sũme caritatis dignatiõe ad act9 quosdã ur̃e ĩbecillitati & ĩpfectiõi confor-
mes depmit̃ & a sũme pfectiõis rectitudĩe nõ curuat̃ & ideo talia opa in ipso
pfecta fuerũt. Neq3 acceptãda ẽ suĩa fr̃a illoꝝ q dicunt. Q̃ pfectio & ĩpfectio
differũt sicut duo cõtraria ut rectitudo & distorsio iusticia & peccatũ gloria &
ĩgnomĩa uita & mors. Sed bñ ueꝝ ẽ q̃ magis differũt sicut magis bonũ & min9
bonũ magis meritoriũ & min9 meritoriũ. Ideo non ullomõ ualet cõsequentia
Virgitas ẽ cõmendabil̃ ergo m̃rimoniũ uitupabile. Virgĩtas ẽ bona ergo m̃ri
moniũ ẽ malũ. qa hec duo nõ differũt sicut bonũ & malũ sed sicut bonũ & me-
lius. Ideo Aug9 ĩ li. de bono cõiugali ait. Bonũ erat q̃ martha faciebat occupa
ta circa misteriũ sanctoꝝ sed meli9 q̃ maria ei9 soror. Bonũ susãne ĩ cõiugali ca
stitate laudam9 sed tñ ei bonũ uidue anne ac multomagis Marie uirgĩs ante-
ponim9. Bonũ erat q̃ faciebãt q de substãtia sua xp̃o & ei9 discipl̃is mĩstrabãt
sed meli9 q̃ faciebãt q oẽm substantiã dimiserũt ut xp̃m expediti9 sequerent̃.
hec ille. Tertii act9 ĩ xp̃o respiciũt ĩformatiõem uite pfecte sicut uirgĩtatẽ
& pauptatẽ extremã seruare & silia. In his opib9 non tenemur xp̃m seq nisi ul̃
ĩ q̃ntũ uolum9 sicut si uoto nos astrĩgerem9 ad obseruãtiã diuinoꝝ cõsilioꝝ uel
in casu quo extrema necessitas expostularet uelut si aliqs mortẽ pateret̃ ut nõ
negaret xp̃m Idcirco mali iudices sũt q ex opib9 pfectiõis ĩ xp̃o aut sanctis ei9
cõsideratis eos lacerãt ĩ qb9 talia opa nõ relucẽt. Si. n. uidẽt sacerdotẽ aut cle-
ricũ uestes sibi couenıẽtes ferentẽ protin9 susurrãtes illũ redarguũt & dicunt.
Non sic fecit xp̃s. Si uidẽt p̃latũ scđm sui gradus dignitatẽ honorata familia
associatũ protin9 asserũt. Nõ fecit sic xp̃s nec petr9. Si uidẽt religiosũ apposi-
ta sibi cibaria licet qñq3 delicata nec cõtra sue regl̃e aut statutoꝝ suoꝝ probibi
tionẽ comedentẽ seu uestimẽta sibi cõcessa habentẽ aut eqtantẽ interueniẽte
legitima cã statim clamãt. Nõ sic fecit dñic9 nõ bñdict9 nõ deniq3 ip̃e frãciscus.

Reputant ex his malos & dānandos ꝑlatos clīcos religiosos tpales dños ciues nobiles & artifices oēs q nō faciūt que xp̄s fecit & sancti O rudes intellectus O arida igenia O temerariū dānabile q̄ iuditiū q̄d diui Ieronimi uerbis cōfuudit. Inqt.n.ipse ad demet̄ .v̄.scribēs Prohibent mala p̄cipiunt bona cōcedunt media suadent p̄fecta. In duob9 p̄mis oē peccatū cōcludit̄ reliq̄ uero i nra po sita sunt ptāte ut aut utamur cōcessis ac licitis aut ob mai9 p̄miū ea que nobis p missa sūt respuam9.hec ille.Dicendū igit̄ q̄ tenemur seq xp̄m iu generali non iu p̄ticlari .i.ut bñfaciam9 seruātes mādata dei. Q̄d ipe docuit q̄n adolescētulo eū iterrogāti & dicēti. Maḡr boue q̄d boni faciā ut habeā uitā eternā. Rñdit Si uis ad uitā igredi serua mādata. Ideo i quolib3 statu uolētes seruare dei mā data poterūt obtinere uitā eternā. Hoc dico de regib9 hoc de p̄ncipib9 hoc de militibus hoc de mercatorib9 hoc de religiosis hoc de sc̄laribus hoc de uirgīb9 hoc de cōiugatis hoc de omnibus deniq̄ mundi hominibus.

Q̄ semp hō debet bñfacere etiā si sit extra caritatē & de utilitatibus bonorum que fiunt in peccato mortali. Caplm.iii.

Ertiū cōsiderandū circa reglam necessariā & q̄litatē bonoꝝ opeꝝ dicit̄ caritatiua iformatio Solēt.n.qdā trepidare & i seip̄is nō cōfidētes qa faciles se cognoscunt ad ruendū i peccata ne benefaciendo laborē & tp̄s āmittant.Pro qb9 i hac ultia pte disputādū ē.Vtꝝ bona facta i mortali peccato sit alicui9 ualoris. Et argui posset q̄ nō. Prio ex uerbo Gre.i omel̄.Nec h̄t aliqd uiriditatis ram9 bōi opis si nō māserit i radice caritatis. Sc̄d̄o qa ap̄l.ait.ii.cori. xiii.Si liguis hōim loq̄r & angloꝝ caritatē aūt nō habeā fact9 sū uelut es sonās aut cībalū tinnēs.Et si hūero pphia3 & nouerī misteria oīa & oēm sciam & si habuero oēm fidē ita ut mōtes trāsferā caritatē aūt nō hūero nihil sū. Et Si distribuero i cibos paupeꝝ oēs facltates meas.& si tradidero corp9 meū ita ut ardeā caritatē aūt nō hūero nihil mihi p̄dest. Et ad idē ē text9.i.q.a.c. Vide & i.c.Teneam9 & ē tritū ūsitatūq̄ dictū. Opa i peccato mortali facta ad nihil esse p̄ficua. Sed i oppositū ē auctoritas Aug̃ i li.de libero arbitrio.d.Nullū malū i punitū nullū bonū irremuneratū. Pro hui9 dubii declīatiōe tria sūt nidēda. Primū q̄diu dicit̄ q̄s extra caritatē esse in statu peccati. Sc̄d̄m qd est bonū in caritate factū esse meritoriū uite eterne. Tertiū an illi q̄ sunt i statu peccati adhortādi sint ut bñfaciāt. Primū uidendū q̄diu dicat̄ q̄s esse i statu peccati & extra caritatē.Et i hoc nō pauci solēt grauit̄ errare tenētes q̄ p9 peccatū mortale cōmissum usq̄ ad cōfessiōem sequentē semp hō peccator sit extra caritatē. Sed ego dico q̄ p9 peccatū mortale usq̄ ad cōtritiōem sequentē hō est iu statu peccati. ita q̄ si un9 nūc peccet & hic ad unā horā ul̄ ad unā diē uel ad unū annū uel ad

plures nõ cõterat̄ q̄diu nõ cõterit̄ ſp ē extra grãm & caritatē & bona p eũ facta in peccato fieri dñr. Si qs uero p⁹ mortale cõmiſſũ ſtatī aut paululũ p⁹ eſſet cõtrit⁹ & a cõtritiõe uſq; ad confeſſiõez ſequentē uel uſq; ad aliqđ aliud peccatũ mortale p eũ nouit̄ ppetratũ bona aliq̄ faceret illa eſſēt facta i caritate. Qualit̄ aũt p cõtritiõez aĩa iuſtificet̄ & q̄re confeſſio ultra illã ſit neceſſaria plenius dicet̄ i ſequētib⁹. Scd̃m uidēdũ eſt qđ ē bonũ in caritate factũ eſſe meritoriũ eterne uite. Et dico q; cũ i btitudie ſanctoꝝ deꝫ grad⁹ q̄a non oẽs eq̄lit̄ illã pcipiũt q̄nto pl̄ra qs in caritate opat̄ bona tanto pl̄res illi⁹ btitudis grad⁹ meret̄. Vtputa ſi aliqs opat̄ decē bona i caritate poſſibile ē ipm ī btitudie ſublimari ad eq̄litatē angl̄oꝝ. Si idē ſup adderet alia decē bona poſſꝫ eq̄ri gl̄ie archangl̄oꝝ. Et q̄ntomagis i bono pficeret & bonis bona adderet tãto alti⁹ cõſcēderet ad altiorē btitudis ſtatũ. De illo ergo q in peccato mortali opatur bonũ dico q; nihil meret̄ de cõdigno q̄ntũ ad meritũ uite eterne. Vñ poſito q; aliqs in ſtatu peccati opat⁹ eſſet tot bona q; oẽs ſancti ſimul ſi ad pniam rediẽs ppt̄ illa moriat̄ in ſtatu ſalutis nihilomin⁹ ex opib⁹ illis nullũ gradũ btitudis obtiebit. Et licet in ſtatu peccati fecerit illa bona que fecerũt illi q meruerũt eſſe cũ anglis aut illi q meruerũt eſſe cũ archangl̄is aut illi q meruerũt eſſe cũ uirtutibus dñatiõib⁹ pncipatib⁹ ptãtib⁹ thronis cherubin & ſeraphin tñ ppt̄ illa talis nõ merebit̄ eſſe etiã i infimo angl̄oꝝ loco & ordie. Et hoc mõ bonũ in peccato mortali factum dicit̄ nihil eſſe nihilq; prodeſſe. ſ. quo ad meritum eterne uite.

Tertiũ uidendũ an illi q ſũt i ſtatu peccati mortal̄ monēdi ſint & adhortãdi ut bñ opent̄ & bene faciãt. Et dico q; ſic dũmõ opent̄ bona aĩo & itentiõe honorãdi deũ eiq; ac ei⁹ eccl̄ie obediēdi q̄a talia bona ſp utilia ſũt ſemp q; fructuoſa nec patit̄ deus liberaliſſim⁹ inanē eſſe laborē quoꝝcũq; opantiũ bñ quimo ut p3 in ſermõe p̄cedēti ca.ii. Ipſe ē q obſtiatos & duros ſua gr̄a gratis data monet ut uelit & opent̄ bonũ. A deo eſt a deo o pctõres neq̄ſſimi Si q̄n uobis firnãtib⁹ mentē in aliquo nr̄o delicto de quo emēdari non uultis ueniat in corde ut faciatis aliqđ bonũ ut ieiunetis ut oretis ut uiſitetis eccl̄ias ut el̄ias pauperib⁹ erogetis & ſil̄ia. Audite uocē dei & facite q; imittit in aĩo nr̄o. Non laborabitis etiã in peccato benefaciendo abſq; mercede. Et ut id clari⁹ uideat̄ oĩb⁹ aſſignabo nonē utilitates que pueniũt ex bono facto in mortali peccato que ponunt̄ ab Alex. de ales in .iiii. uolũie ſũme. Prĩa dr̄ delectationis. Scd̃a ſatiſfactionis. Tertia diminutionis. Quarta augmentatiõis. Quinta liberatiõis. Sxta diſpõnis Septĩa cõtinuatiõis. Octaua aleuiationis. Nona gl̄ificatiõis. Prima utilitas que puenit ex bono facto i peccato mortali dicit̄ delectatiõis. Valet nãq; tale bonũ ad delectatiõez & iocũditatē mētis. Hinc Ari ait i .iiii. ethicoꝝ. Nullus ē

q nō gaudeat bonis o patiōib9. Et i.ii. rheto. Benefacere & bene pati delecta-bilissimū ē scdm nat'az. Et viiii. ethicoꝝ. Boni opatio studiosa delectabilis est scdm seipāz. Et tuli9 i li. de senectute. Cōscia bn̄ acte uite mltoꝝq; bn̄factoꝝ recordatio iocundissima est. Scda utilitas puenies ex bono q̄ fit in peccato mortali dicit' satisfactio. Per illud qdē satisfit p̄ceptis dei & eccl'ie & inobediē-tie peccatū uitat'. Nā si qs i peccato mortali exn̄s tenet' offitiū diuinū dr̄e si il-lud omittit mortalit' peccat si uero illud persoluit satisfacit p̄cepto. Sicut etiā si laic9 obligat' dieb9 festiuis audire missā lз i peccato sit si illam ex cōtemptu o-mittat aliud peccatū mortale icurrit. Si uero audiat p̄ceptū ipleuit & sic de re-liqs ē dicendū. Tertia utilitas dicit' diminutio. Valet bonū i peccato mortali factū ad diminutiōez tpal' pene. Merēt' siqdē pctōres qn̄q; nō solū puniri eter-nal'r sed tpal'r flagellari. Sed ppt' bona que faciūt de9 tpal' pene mitigat seue-ritatē. Q. putam9 esse sodomitas usurarios & sacrilegos homicidas piuros blas-phemos & sceleratissimos hoīes quos nisi seruarēt bona que faciūt extermina-ret de terra potētissim9 de9 sed eos suffert eos tolerat eisq; que mala i pn̄ti ni-ta mererent' suspēdit. Ideo q̄ntomagis qs uolūtatē suā sentit ad pniaз min9 di-spositā tātomagis conari debet facere aliqd' bonū ut sic saltem uitare possit ter-ribilia iuditia dei. Quarta utilitas dr̄ augmētatiōis. Adauget siqdē deus his q in peccato mortali aliq̄ sua p̄cepta seruare cōtendūt tpalia bona qb9 dat sa-lubrē aerē fertiles agros armēta fecunda uberes fruct9 letā familiā amicoꝝ co-piā sanitatis letitiā hōris excellentiā & alia similia. Propteria dic de9 pctōribus oib9 illud Isaie .i. Si uolueritis .s. adhuc i peccato exn̄tes benefacere & audieri-tis me bona terre cōedetis. Qnita utilitas dr̄ liberatiōis. Liberat pfecto bo-nū a pctōrib9 opatū a ptāte dyabolica. Quāto.n. qs magis peccatis hn̄dat tan-to maiorē auctoritatē sumit dyabol9 contra eū & scdm mltitudinē pctōꝝ ita iu-sto dei iuditio pmitti't uexare & molestare malos aiam & cor9 sil' qn̄q; ledendo Sed cū iu' tot peccata itersent' aliqd' op9 bonū piissim9 de9 restrigit audatiam eius tāq; magna ē opis boni uis etiā in pctōrib9 ut non solum dyabulo resistere sed illū uicere ualeat & expugnare. Est de hoc exemplū Gregи. i dyal'. li. de iu-deo illo nō baptizato q nocturno tpe exn̄s sub quodā antiquo tecto & i heremo sito idol' cōsecrato signo crucis tantū cōmuuit9 demones oēs q ibidē cōuene-rāt terruit atq; fugauit cui demones ipi ppt' signū crucis tantū nullā molestiā inferre potuerūt. Sexta utilitas dr̄ dispō. Valet adhuc bonū factū a pctōri-bus ut magis dispositi sint ad suscipiendam grāz dei uocātis & eos illustrātis ad pniaз. Vn̄ de eo q non ē paratus peccata dimittere. Gregи. ait de pe. di. v. in c. Falsas. Nec tn̄ desper & interi quicqd boni poterit facere hortamur ut faciat



ut ops de9 cor illi9 illustret ad pniaz. Hic Alex.i.iiii.uoluie sume cōsulit bis q nō sunt pati sua peccata relīquere ut semel i anno scdm ecclie statutū sacerdoti se repñsentēt eiq dicāt. Ora p me ad deū pr qa tale peccatū hēo qd dimittere nō ppono. Ex hoc iqr ipe possibile esset ut q credebat ppositū malū mutare nō posse tantam a deo assequ grāz ut mutet in alteꝝ uꝝ & de nō cōtrito fiat cōtrit9. Sic & Ric.i.iiii.di.xx.cū querit. An ualeāt exñtib9 i mortali idulgētie sacre & relaxatiōes qs fac ecclia. Rñdit q quis nō possit fieri remissio pene manēte culpa & ex cōseqnti exñtes i mortali idulgentiā nō cōseqnt tñ si faciūt illud qd cōtinet i forma idulgētie prudent faciūt qa bona facta in mortali pctō pctōrē de cōgruo disponūt ad pniam & illa mediāte ad susceptiōnez grē & remissionis pctōꝝ p diuinam miam hec Ric. Et qd ipse doctissime loquit Marie egiptiace peccatricis exēplū roborat & cōfirmat Que ex alexandria ubi.xvii.annis libidi publice deseruierat discessit ut iret ierosolimā cū bis q ibant ad adorandū crucē xpi nō eo pposito ut a turpitudine sua desisteret sed tantū ut modicū illud bonū ipa cū aliis opareẽ. In itinere nauigādo nautis suū corp9 prostituit. Cū tandē ierosoliam aduenisset terq tēptans ingredi tēplū & tanq meretrix repulsā passa a dño tacta se cōuertit ad lacrias peccata deflere cepit que iā cognoscebat illa abhorrebat illa detestabat illa āpli9 nō pseq confirmabat clamabat ad dñm.miserere mei qa peccaui nimis. Clamabat ad uirginem mrem. Succurre & tu mihi clemētissima genitrix dĩ. Ecce iā tertio ingredi uolui ecclīaz ut adorarē crucē filii tui in q pependit p me peccatrice & uilie ut mereor eiecta sum.Succurre tu mihi o fons pietatis o mie speculū. Et audiuit uocem de celo dicenẽ sibi. Si trāsiens iordanē salua eris. Qua uoce cōfortata iteꝝ ad ecclīam accessit ac eā libere irrauit absq cōtradictiōe & cū lacris & cōpūctiōe cordis deosculata cruce foras pdiit affuitq illi psona quedaz uenerabilis tot nūmos illi afferens quot ad tres panes emēdos sufficere potuere. Quibus emptis deserta trans iordanē petut. Ibi.xvii.ānis orōni cōtēplatiōi & deuotiōi isistēs tres tātū illos panes cōsumpsit. Mltiplicabāt siquidē ex miraclo dei ita q toto illo tpe illā cibarūt. Ibi etiā.xvii.aliis ānis supuixit sine cibo & potu grā dei & cibo celesti recreata. Ibi abbatē Zosimā deserta pcurrētē spū pphico nouit noie proprio eum uocauit bñdictiōz ab eo petiit & uitā suā illi reuelauit postulauitq ut sancto dñice resurrectiōis die ad ripā iordanis sanctissimū sacramētū dñi ferret ibiq illā expectaret. Distabat loc9 ille a iordāis flumie per dietas.xxx. Recessit Zosimas fecitq que Maria hūilter petierat & ipa die pasce stās i ripa iordanis uidit eā uenientem & facto crucis signo sr aquā siccis pedib9 ambulantē. Et cū puenisset ad eū reuerentissime cōione suscepta per eandē uiam rediit ad locū

unde recesserat. Eadē enī die p angl'os deportata fuit p oē spatiū illud quo di
stabat loc⁹ ad quē redut a iordane Sequēti uero āno ad locū illū Zosimas p ue
nit uiditq i terrā Mariā iacentē corp⁹q ei⁹ exanime ad caput uero scriptā quā
dam dicentē. Sepeli Zosima marie corpusculū que die pasce q̄ a te sacrū uene
rabile suscepit migrauit ad dñm Intellexitq q nō nisi angl'i portauerāt eam qn
p .xxx. dietas una die it' pfecit Et cū de sepultura ei⁹ sollicit⁹ Zosimas cogitaret
nec hr̄et modū effodiēdi terrā uidit leonē ferocissimū ad se gradientē q forti
ter cepit fodere sepulcreq locū conuenientissime pparauit. In qua recōdito cor
pore sancte leo uiā suā tenuit & Zosimas ad suā cellā redut in dño consolatus
O admirabilis bonitas pr̄is nr̄i dei que nō respicit peccata hoīm cum redeūt ad
pniaꝫ. Nō negligit etiā pctōres ad pniam illustrare si & ipi bonis opib⁹ se ad
iuuare uoluerit. Septia utilitas dr̄ cōtinuatio. Valet bonū i peccato morta
li factū ad cōtinuandū & pseuerādū in bona uita Facili⁹ enī pt pseuerare in bo
no q bn̄facere cōsueuit q̄ qui bn̄facere unq̄ didicit sicut diffusi⁹ dixi in tractatu
de uirtutib⁹ sermone .i. c. ii. Hic sapiēs eccl. xii. c. ait Nō est ei bn̄ q assiduus est i
malo Octaua utilitas dr̄ alleuiatio. Posito .n. q quis in pctō mortali faciēs bo
nū ppt' suā ipenitētiā esset dānat⁹ uirtute ill'⁹ boni penā forti⁹ substineret le
uiorq ei fieret. Vn̄ Aug. i ench. ait Tale bonū facit ut tollerabilior fiat damna
tio Nona utilitas dr̄ glificatio Nā si pctōr p pniaꝫ moriat' in statu salutis &
p illā obtineat unū tantū gradū btitudīs in eo gradu erit cum ampliori gaudio
accn̄tali ppter bonū qd' in peccato mortali fecit q̄ si illud omisisset. Animent'
ergo oēs & iusti & pctōres ad opa bona ppt' que pissim⁹ deus puocat' & ipse
etiā pctōres eq̄nimit' ferre eisq sua bn̄ficia inumera ip tiri largiēs hic grām & i
futuro gloriā in qua uiuit & regnat p infinita seculoꝝ secula Amen.

Feria tertia post dñicā in septuagesima de his que monere habent peniten
tes ad obediendū deo & q̄r oēs hoīes studere debent ad seruandum precepta
altissimi.

Sermo .iii.

Vlti sūt uocati pauci uero electi. Iteꝝ ubi s̄. Data ē ab opti deo suo
digito cōscripta lex mādatoꝝ ad que obsuāda oēs hoīes ꝯuocauit Sꝫ
paucissimi repiunt' q ut decet tā excelso & glosissimo dño obedire
uelit nec recte excusare se pn̄t diuinoꝝ p̄ceptoꝝ trāsgressores quos oēs uoces
scripturaꝝ excitāt & inuitāt ad obediētiā dei Et q ant p̄missū est in sermone p̄ce
denti merces eterne uite nō dat' nisi seruātib⁹ dei mādata. Idcirco in hoc sermo
ne de his que merito iducūt nos ad ferendū iugū obie diuine ero dictur⁹ ut sic
hi q ad pniaꝫ redire disponūt magis aient' ad exequenda opa bona & esse uale
ant de numero illoꝝ paucoꝝ q electi erunt. Notabimus ergo tria esse illa que

nos ad dei obedientiã precipue & principalit' debent animare.

Primũ ẽ legis excellẽtia. Secũdum dei reuerentia. Tertium obie efficacia.

De excellentia mosayce legis & q̃re non seruatur a nobis nisi quo ad precepta moralia. Capl'm.i.

Rimũ q̃d nos aĩare & ĩducere debet ad obiaʒ dei dr̃ legis excellẽtia Mã daſ q̃dẽ nobis & iniungiſ seruare legẽ excellẽtissimã cõtinentẽ p̃cepta uirtutũ ut dicit Alex.de ales i.iii.uolũie sũme. Sed p clariori itelligẽtia huius ptis tria erũt dubia declãnda. Primum utrũ lex diuinoꝝ p̃ceptoꝝ sit a bono deo data. Scd̃m utrũ lex moysi sit a nobis cõueniẽt' obseruata. Tertiũ utrũ in p̃cep tis decalogi sit regula salutis sufficiẽt' assignata. Primũ dubiũ declãndũ utrũ lex diuinoꝝ p̃ceptoꝝ sit a bono deo data q̃a lex illa est ea quã moyses dux po puli hebreoꝝ tulit & pmulgauit. Et statĩ offerũt se hetici asserentes illã legẽ esse nõ a deo sed a pncipe tenebraꝝ. Et arguebãt scd̃m q͛ Aug' dicit i li.contra aduersariũ legis & pphaꝝ dicẽtes. Dei pfecta sũt opa. Sed lex moysi erat iup fecta. Hebr.vii. Nihil ad pfectũ adduxit lex. Ergo non erat op⁹ dei. Sʒ sanctus Tho.i.ii.q.lxxxxviii.r̃ndit. Q: lex illa p illo tp̃re bona erat & optia lʒ inpfecta sit respectu tp̃ris euangelii & legis gr̃e. Q: aũt fuerit a bono deo pbaſ tripl'r. Prĩo ex moysi sanctitate. Scd̃o ex christi auctoritate. Tertio ex legis bonitate Prĩo pbaſ ex moysi sanctitate. Ipse equidem legislator sanctissim⁹ & amic⁹ dei fuit amator ueritatis & iustitie sanctior Nũma põpilio q̃ scd̃ʒ Isidoꝝ.vi.ethi mol'.leges dedit romãis & Foroneo q̃ grecis & Mercurio thermegisto q̃ egip tus & ipo Ligurgo q̃ leges tulit lacedemoniis de q̃b⁹ oibus ẽ.c.Moyses.di.vii. decretoꝝ. De sanctitate uero moysi loq̃ſ sapiens ecd.xlv.cũ de eo dicit. Dilec tus deo & hoibus cui⁹ mẽoria i benedictiõe ẽ. Similẽ illũ fecit in gl'ia sanctoꝝ & magnificauit eũ i timore inimicoꝝ & i uerbis suis mõstra placauit Gl'ificauit eum in cõspectu regũ & unxit illũ corã pp'lo suo & ostendit illi gl'iaʒ suã. In fide & lenitate ip'i⁹ sanctum fecit illũ & elegit eũ ex oĩ carne. Audiuit n uocẽ ip'ius & induxit illũ in nube. Et dedit illi cor ad p̃cepta & lege uite & discipline Et nu meri.xii.c.de eo dr̃ Erat moyses uir mitissim⁹ s' oẽs hoies q̃ morabãſ ĩ terra Et exo.xxxiiii.recitaſ historia q̃r moyses ieiunãdo xl dies & xl.noctes legẽ acce pit a dño. Et actuũ.vii. Stephan⁹ leuita acusãtib⁹ eũ q̃i male sẽsisset de lege & de moyse r̃ndebat.d. Moyses fuit grat⁹ deo & eruditus ĩ oĩ sapia egiptioꝝ po tẽs in uerbo & in opib⁹ suis. Et ĩ. Hic ẽ moyses de quo dixit deus filiis isrl'. Pro phaʒ nobis suscitabit de frib⁹ uris tãq̃ meipʒ audietis. Et ĩ. Accepistis legẽ in dispositiõe angl'oꝝ. Et gal.iii.ap'ls inq̃t. Lex data ẽ p angelos i manu mediato ris. Secũdo pbaſ q͛ lex moysi a bono deo fuerit data ex xp̃i auctoritate. Nam

machi.v.dixit Nō ueni soluere legē sed adimplere. Si igit̄ fuisset lex a principe tenebrarū nō impleuisset eā. Et luc.ii.dr̄ Postq̄ impleti sūt dies purgatiōis marie scd̄m legē moysi tulerūt illū i ierl'm ut sisterēt eū dn̄o sicut scriptū est i lege dn̄i. Et luc.xvi. Hn̄t moysen & pph'as audiāt illos. Et luc.ultio.c. Necesse ē impleri oīa que scripta sūt in lege moysi & pph'is & psalmis de me. Et apl'i sciētes uolūtatē xp̄i de lege moysi eis p̄dicata illā cōmendarūt. Vn̄ paulus ad ro.vii.ait Lex qdē sancta & mādatū sanctū ē. Et.i.thi.i. Scimꝰ aūt quia bona ē lex si qs ea iuste utat̄. Tertio pbat̄ q̄ lex fuerit bona ex legis bonitate q̄a lex illa hoīes ordiābat ad bonū illud p̄cipiēdo & malū phibēdo. Nō eni dyaꝰ legē tulisset p quā hoīes fierēt boni et dyaꝰ ip̄e esset cōfundēdꝰ. Scd'm dubiū decl'andum erat. Vtrū lex moysi sit a nobis cōuenient' obseruata. Et uidet̄ q̄ nō q̄a nos illiꝰ legis sumꝰ manifestissimi uiolatores. Nā i lege illa m'lta dant̄ p̄cepta que nō obseruāt̄ a nobis utputa p̄ceptū de sc̄tificatiōe sabbati exo.xx. De celebratiōe senophegie pasce pētecostes & de esu agni pascal' de lapidatiōe filii inobedientis m'lieri adult'e & uiolātis sabbatū ac de aliis oībꝰ de qbꝰ hēt̄ in li.leuiti.nūerorū & exodi i plibꝰ capl'is. Si lex illa bona erat & xp̄s illā impleuit ea faciēs que & iudei faciūt p̄seuerant' qūo possūt ea xp̄iani dimittere absq̄ peccato. Ad hanc difficultatē ego r̄ndeo scd'm Alex.de ales in.iii.uolūie sūme & Tho.i.ii.q.lxxxxviii. Q̄ i lege moysi tria erāt genera p̄ceptorū Iudicialiū. Cerīoālū Moraliū. Prio in lege illa erant p̄cepta iudicialia qbꝰ plectebant̄ delinquētes & pūiebant̄ rei. Sed seueritas taliū p̄ceptorū finē hūit in aduentu Iesu xp̄i redēptoris p quem facta ē pax int' deū & hoīes pc̄tōres. Ex hoc inq̄t Hieronꝰ ad Damasū papā de filio pdigo. Lex q̄ppe iustitie tenax clemētiā nō hēbat sed q̄cūq̄ adulter fraudator homicida & ut breuit' dicā mortali crimine detinebat̄ nulla uenia pn̄ie laxabat̄ a crimie ocl'm pro ocl'o dentē p dente aiā p aīa iubebat̄ exoluere. Sed misit deꝰ filiū suū natū ex m'lre factū sub lege q̄ austeritatē legis euāgelii gr̄a temperauit. Vn̄ apl's eccl'iis scribens. Gr̄a iquit uobis & pax a deo p̄re & dn̄o iesu xp̄o gr̄a que nō ex merito retributa ē sed ex donāte cōcessa. Pax uero q̄ deo recōciliati sumꝰ hn̄tes ppiciatorē dn̄m n̄r̄m iesū xp̄m & ip̄e ē ppiciatio pro peccatis n̄r̄is. hec ille. Ideo dicendū q̄ p xp̄m dn̄z liberati sumꝰ ab onere iudicialiū p̄ceptorū & a timore penarū legis que non obligabat q̄ntum ad hoc nisi usq̄ quo xp̄s uenisset q̄ adultere dixit. Ioh'is.viii.c. Nec ego te cōdemnabo Vade & ampliꝰ noli peccare. Scd'o in lege erāt p̄cepta cerimōialia de qbꝰ scribit̄ exo.xviii.c. Esto popl'o i his que ad deū sunt ostendesq̄ ei cerimōias & ritū colēdi h' p̄cepta continebant oīa ad dei cultū ptinentia de qbus in tractatu de legibꝰ deo dante tractabo distīcte. Ideo nūc sufficit decl'are q̄re illa obseruare p̄termittimꝰ. Et

dico q̄a id facimus rōnabilr̄ & absq̧ peccato quoniā oēs cerimonie ueteris legis umbra erāt & figura eoꝝ que p̄ xp̄m erāt gerenda. Ideo aduenīēte ueritate cessat figura. Vn̄ & ap̄ls ad hebr. x. dicebat. Vmbrā hn̄s lex futuroꝝ bonoꝝ nō ip̄aꝫ imaginē reꝝ Vmbra siq̄dē min⁹ est q̄ imago tanq̄ imago ptineat ad nouā legē umbra ad ueterē. Et iteꝝ col. ii. Nēo nos iudicet ī cibo aut ī potu aut ī pte diei festi aut neomenie aut sabbatoꝝ que sunt ūbra futuroꝝ. Et Aug. in. vii. li. de ci. dei. c. xxxi. de hac re sic pl̄cbre loq̄t Oēs. n. nō solū pphīe que in uerbis sūt nec tantū p̄cepta uite que mores hoīm pietatēq̧ conformāt atq̧ ill̄ lr̄is continent neq̧ etiā sacra sacerdotia tabernacl̄ꝫ siue tēplū cerimōie & dies festi & oīa alia que ad eā religiōeꝫ ptinēt que deo debet & grece pp̄e latria dr̄ ea significarūt & pnūciarūt que ppt̄ eternā uitā fideliū īpleta in xp̄o credim⁹ īpleri ceruimus & īplenda cōfidim⁹. hec ille. Sed cōtra arguere possum⁹ Quia cerimōie ueteris legis nō cessauerūt ī xp̄i aduentu Prīo q̄a Baruch. iiii. dr̄ Hic ē liber mādatorū dei & lex que ē ineternū. Sed ad legē ptinebāt cerimōie. ergo durare erant ī eternū Scd̄o dr̄ q̄a oblatio leprosi mūdati ad legis cerimōas ptinet. Sed etiā in euāgelio p̄cipit leproso mūdato ut hui⁹mōi oblatiōes offerat ergo cerimonie legis ueteris nō cessauerunt xp̄o ueniente. Tertio obicit ex eo q̧ circūcisio erat īstituta in signū fidei abrae obseruatio aūt sabbati ad recolēdū bn̄fitiū creatōis & alie sollēnitates legis ad recolendū alia dei bn̄ficia. Sed fides habrae est semp imitanda etiā a nobis & bn̄ficiū creatiōis & alia dei bn̄ficia sp̄ sunt recolenda ergo ad min⁹ circūcisio & sollēnitates legis cessare non debuerunt. Rn̄sio ad hec oīa scd̄ꝫ Tho. i. ii. q. c iii. Ad p̄mū Q̧ lex uetus dr̄ esse ī eternū scd̄m moralia q̄dē simplr̄ & absolute scd̄ꝫ cerimoīalia uero q̄ntū ad ueritatē p̄ ea figuratā Ad scd̄m dicēdū Q̧ misteriū redēptiōis hūani generis cōpletū fuit in passione xp̄i Vn̄ tūc dn̄s dixit. Cōsumatū est Ioh. xix. Ideo tūc totalr̄ debuere cessare legalia iā ueritate eoꝝ cōsumata in cui⁹ signū in passione xp̄i uelū tēpli scissū est math. xxvii. Et iō an̄ passiōeꝫ xp̄o p̄dicāte & miracl̄a facīēte currebat lex & euāgeliū q̄a iā misteriū xp̄i erat inchoatū sꝫ nōdū cōsumatū. Et ppt̄ hoc mandauit dn̄s ante passiōeꝫ suā leproso ut legales cerimonias obseruaret. Post passionē uero xp̄i usq̧ ad tp̄s euāgelii diuulgati legalia cū euāgelio currebāt non de necessitate sꝫ ex q̄dā cōgruitate ne scādalizarent iudei. Ideo paul⁹ circūcidit thimotheū q̧ ex mr̄e iudea erat. Titū uero q̄a simplr̄ erat gētilis circūcidere noluit ut ī circūcisiōe thimothei ōn̄deret sacr̄a legalia nō debere dānari & in hoc q̧ titū circūcidere noluit ōn̄deret ea nō esse necessaria Post diuulgatū aūt euangeliū sunt oīa p̄hibita & mortifera. Cōcordat his Alex in. iiii. uolūīe sūme & Ri. in. iiii. di. i. Ad tertiū obiectū sic r̄ndit Tho. Q̧ fides habrae fuit comendata in

hoc ꝙ credidit diuine ꝓ missiõi de suo semie i quo bñdicerenᵗ oẽs gẽtes Et iõ q̄ diu hoc erat futuꝝ oportebat ꝑrestari fidẽ habrae i circũcisiõe. Sȝ pꝰq̄ iã hoc est pfectũ oȝ alio signo declari .s. baptismo qui i hoc circũcisioni succedit scḋm illud apli col .ii.c. Circũcisi estis circũcisiõe nõ manifesta. Sȝ i circũcisiõe xp̄i cõsepulti ei i baptismo in quo & resurrexistis ꝑ fidẽ opatiõis dei. hec ille. De sabbato aũt qḋ significabat ꝑmã creatiõeȝ dicimꝰ qa mutatũ ẽ i diẽ dñicũ i quo cõmẽoratᵗ noua creatᵗa icboata io resurrectiõe xp̄i. Simlr aliis sollẽnitatibꝰ ueteris legis noue sollẽnitates succedũt qa bñficia illi ppło exhibita significãt bñficia nobis ꝑ xp̄ȝ cõcessa. Vñ festo pasce succedit festũ passiõis xp̄i & resurrectiõis. Festo pent. in quo data fuit uetꝰ lex succedit festũ pent. in quo data fuit lex spũs uite. Festo neomenie succedit festũ btẽ ṽginis in qua primo apparuit illũiatio sol .i. xp̄i ꝑ copiã grẽ. Festo tubaꝝ succedũt festa aplõꝝ. Festo expiatiõis succedũt festa martiꝝ & cõfessoꝝ. Festo tabernacłoꝝ succedit festũ cõsecratiõis eccłie. Tertio i lege moysi erãt p̄cepta moralia de qbus dr̃ eccl. xvii. Addidit illꝭ disciplinã & legẽ uite hereditauit illis. Vbi glo. ait. Disciplia ẽ eruditio moꝝ. Talia ergo p̄cepta moralia a nobis obseruari debẽt que exo. ii. c. cõmemoranᵗ Et hec durata eruut usq; ad cõpletũ numeꝝ electoꝝ. Tertiũ dubiũ declandũ erat. Vtꝝ in p̄ceptis decalogi sit regła salutis sufficiẽt assignata. Nã ex .x.c. exodi colligunᵗ tantũ decẽ mãdata uidelicet. Primũ nõ hẽbis deos alienos. Scḋm nõ assumes nomẽ dei tui i uanõ. Tertiũ memẽto ut diẽ sabbati sctĩfices. Quartũ honora prẽȝ tuũ & mr̃eȝ tuã ut sis lõgeuus sup terrã. Quintũ nõ occides. Sextũ nõ mechaberis. Septimũ nõ furtũ facies. Octauũ nõ loq̄ris contra ꝑximũ tuũ fłm testiom. Nonũ nõ cõcopisces domũ ꝑximi tui. Decimũ nõ desiderabis uxorẽ eius. Io qbꝰ p̄ceptis plene cõtinenᵗ oia ꝑ que possit hõ eternã salutẽ accipe Quoniã ut inqt Boo. i. ui. di. xxxvii. Ois lex mandat iustitiam que cõir dicta nil aliud est nisi ut hõ ad deũ sit & ad ꝑximũ ordiatꝰ Vñ luc. x. & mathi. xxii. xp̄s dixit. Diliges do. d. t. & ꝑ. tuũ sicut te ip̄ȝ. In his duobꝰ p̄ceptis tota lex pẽdet & pphe. Ex hoc moysi date fuerũt due tabłe lapidee in q̄rũ ꝑma cõtinenᵗ mãdata ad deũ nos ordinãtia in scḋa mãdata nos ad ꝑximũ ordinãtia Sufficiẽtia uero mãdatoꝝ ꝑme tabule sumi põt tripłr. Ex ꝑte obiecti. Ex ꝑte subiecti. Ex ꝑte actꝰ medii. Prio sumiᵗ ex ꝑte obiecti sic Nã cũ in deo sint tres ꝑsõe & tria appꝓata & triplex genꝰ cãe scḋȝ ꝙ cõpaᵗ ad creataȝ triplex est p̄ceptũ scḋȝ ꝙ creata rõalis ordiari ht ad deũ. Nã scḋȝ rõeȝ maiestatis que appꝓaᵗ pr̃i & cõuenit deo scḋȝ ꝙ est cã efficiens creatᵉ ordinaᵗ ꝑ illud p̄ceptum. Nõ hẽbis deos alienos. Scḋm rõeȝ ueritatis que aproꝓaᵗ filio & cõuenit deo scḋȝ ꝙ est cã formał & exẽplaris creatᵉ ordinaᵗ ꝑ illud. Non assumes nomẽ dei tui i uanum.

Scd̄m rōez bonitatis que appriaᷓ spūi sancto & cōuenit deo scd̄m q̄ ē cā final̄ ordinaᷓ hō p illud p̄ceptū. Memēto ut diē sabbati sctifices Ita ut per hec tria subiaceat sūme maiestati credat summe ueritati & adhereat sūme bonitati. Secūdo sumiᷓ sufficiētia ex pte subiecti ordiabilis qđ ē aīa rōnal̄ in q̄ ē triplex uis motiua scꝫ quā hꝫ i deū ordinari vꝫ. Rōnalis. cōcupiscibil̄. & irascibil̄. Mādatū de adoratiōe respicit ipāꝫ irascibilē. mādatū uero scꝫ ipāꝫ rōnalē. & mādatum tertiū de sctificatiōe sabbati respicit ipāꝫ concupiscibilē. Tertio sumiᷓ sufficientia ex pte actꝰ medii. Triplex. n. ē actꝰ scꝫ quē hꝫ hō in deū ordinari vꝫ. Cordis oris & opis. Penes actū opis attendiᷓ pmū mādatū de adoratione. Penes actū oris attēdiᷓ scꝫ mādatū quo phibeᷓ fl̄a inuocatio nōis diuini. Scꝫ actū cordis attēdiᷓ tertiū mādatū in quo p̄cipiᷓ sctificatio mētis. Et sic mādata ad deū nos dirigētia sufficiētissime tradita esse constat. Sufficiētia autē mandatoꝝ scd̄e tabl̄e hri pōt ex pte actꝰ medii. Nā ad pximū ordiari hēmꝰ scꝫ bn̄ficētiam & scꝫ inocētiā .i. ut ei bn̄faciamꝰ & illi non noceamꝰ que sunt duo precepta iuris naᷓe de qbꝰ dr̄ di. i. decretoꝝ. c. i. Ius naᷓale ē qđ in lege & in euangelio cōtineᷓ quo qsq̄ iubeᷓ alii facere que sibi uult fieri & phibeᷓ alii iferre qđ sibi nō uult fieri Vn̄ xꝰ i euāgelio Oia quecūq̄ uultis ut faciāt nobis hoiēs & uos facite illis Hec ē eni lex & pphe. Scd̄m bn̄ficentiā igiᷓ ordinaᷓ hō ad pximū p illud preceptū. Honora prēꝫ tuū & mr̄em tuā. Scd̄m inocētiam uero necesse est triplicē ordinē obseruare. s. opis oris & cordis. i. ut pxio nō noceamꝰ nō ope nō ore nō corde. Nocere aūt qs pōt pxio suo tripl̄r ope. Aut i psona ppria & hoc probibeᷓ p illud p̄ceptū. Nō occides. Aut in psona cōiuncta & p hoc ē illud p̄ceptū Nō mechaberis. Aut in possessiōe terrena & pro hoc ē aliud p̄ceptū Nō furtū facies Scd̄o pōt pxio nocumentū iferri ore & ad id repmendū daᷓ illud p̄ceptū. Nō loq̄ris cōtra pximū ꝛc Tertio scꝫ actū cordis pximus ledi pōt Aut concupiscendo eiꝰ uxorē & sic ē illud p̄ceptū Nō cōcupisces uxorē eiꝰ Aut inordinate desiderādo eiꝰ bona tpalia & de hoc daᷓ ultimū p̄ceptū. Non cōcupisces rem pximi tui. Et sic pꝫ sufficiētia mandatoꝝ. Sed stati ē q obiciat & dicat. Q cū septē sint capitalia peccata & non nisi de duobꝰ fiat phibitio. s. luxuria & auaritia nihilq̄ dicaᷓ de supbia de accidia de gula de inuidia & de iracūdia. Aut ergo ista nō sunt peccata aut regl̄a p̄ceptoꝝ deficiet q illa nō phibet. Rn̄det dn̄s Bon. Q oia hec peccata phibeuᷓ i p̄ceptis decalogi iplicite. Nā supbia phibeᷓ in adoratiōe dei. Inuidia & ira i fuga homicidii. Accidia i sctificatiōe sabbati & gula in derestatiōe luxurie. Luxuria aūt & auaricia prohibeuᷓ explicite ppᷓ maiorē puitatē quam ad illā omēs ur̄ hn̄t. Et ppᷓ dicta asserit Bon. Q i oibꝰ p̄ceptis qū deꝰ explicite aliqd phibet implicite p̄cipit eiꝰ contrariū & qū

aliqd explicite p̄cipit implicite ꝓhibet ei⁹ cõtrariũ. Est igit̃ p̄ceptoꝝ decalogi
regl'a cõpendiosa breuis & suauissima cõtinẽsq; oĩa ad salutẽ spectantia. Ab eius
obligatiõe null⁹ excipit̃ ꝫ oẽs illã seruare tenent̃. Verũtñ dolendũ puto de xp̄i-
anoꝝ ignauia ignorãtiaq; multoꝝ q nõ p̄cepta dei transgrediũtur ueꝝ etiã illa
scire nõ curant. Hi sunt q si interrogent̃ que & quot sunt legis p̄cepta r̃ndere
minime sciẽt. O uere detestabil' cecitas. O rep̄hẽsibile malũ. O damnabil' deniq;
negligẽtia. Verificat̃ certe in talib⁹ illud Osee. iiii. d. Audite uerbũ dñi filii isrl'
qa iudiciũ dñi cũ hitatorib⁹ terre. Nõ ẽ ueritas nõ ẽ mia & nõ est scĩa dei in ter-
ra Maledictũ eni & mẽdaciũ homicidiũ & furtũ & adulteriũ inundauerũt. San
guis sanguinẽ tetigit ꝓpt' h lugebit terra & ĩfirmabit̃ oĩs q hitat in ea. hec ille
Que. o. cõfusio que uerecũdia ĩesse debet ignorãtib⁹ salutis sue regl'aꝫ cũ sciant
tot cantilenas uanas tot inutilia & curiosa & illud qđ' dei seruicium respicit dei
honorem deiq; obedientiam addiscere nolunt.

Q oẽs debẽt ꝓmpto aĩo seruare p̄cepta dei ob reuerentiã diuine maiesta-
tis & quare deus hoĩem obligauit ad illa. Caplm. ii.

Ecundũ qđ' nos aiat & inducit ad obiaꝫ dei dr̃ dei reuerẽtia. Dictat eqdẽ
ip̃a nat̃a reuerẽtiã exhibendã fore sũmo imꝑatori celi terre angl'oꝝ &
hoĩm oĩumq; creat̃aꝝ Hoc aũt maxime fit cũ ei⁹ mãdata seruant̃ ad que ip̃e hoĩes
ligauit rõnabil'r maxie ꝓpt' tria. Prĩo ꝓpt' auxiliatiõeꝫ. Scđo ꝓpt' iustificatiõeꝫ
Tertio ꝓpt' hũiliatiõeꝫ. Prĩo de⁹ rõnabil'r obligauit hoĩes ad obseruãtiã mã
datoꝝ ꝓpt' auxiliatiõeꝫ ut sic auxiliũ hrẽt liberꝝ arbitrium qđ' poterat a bono de
ficere & ĩ malũ declinare Quoniã ut ĩqt Hiero⁹ ad demet'. v. Vtrũq; nos posse
uoluit optim⁹ creator sed facere tãtũ qđ' imꝑauit. Et si obicerет̃ q obligatio re-
pugnat libertati Et ut Aug. dicit sup gen. ad lr̃aꝫ. Meliores iudicauit hoĩes q
ei liberal'r deseruirẽt. Si ergo a p̄ncipio de⁹ reliqt hoĩeꝫ in manu cõsilii sui dãdo
ei libertatem arbitrii uidet̃ q nullo mõ debuerit addere obligatiõꝫ p̄cepti. Rñ-
deri põt ꝫ Boo. Q obligatio ad bonũ nõ repugnat libertati simpl'r sed repug
nat libertati peccãdi. Quanto aũt qs magis inheret uirtutib⁹ & euitat peccata
tãto liberior esse cẽset̃. Qđ' plene ondi ĩ sermone. i. de uirtutib⁹. Et hoc exp̄sse
asseruit. Tuli⁹ ĩ paradoxis Dictũ ĩqt ẽ ab eruditissimis oĩminẽ nisi sapientẽ li-
berꝝ esse. Nã cũ seruit⁹ sit obia fracti animi atq; abiecti & arbitrio suo carentis
qs neget oẽs leues oẽs cupidos oẽs deniq; ĩꝓbos esse seruos. hec ille. Scđo
de⁹ rõnabilit' obligauit hoĩes ad obseruãtiã p̄ceptoꝝ ꝓpt' iustificatiõeꝫ. Dicẽs
nãq; est iustũ iudicẽ ꝫ merita retribuere. Sꝫ meritũ & demeritũ nõ hꝫ locũ ubi
nulla cadit obligatio legis Quare cõueniẽs fuit ut de⁹ hoĩeꝫ cui cõtulerat libe-
rũ arbitriũ ꝫ iusticiã remuneraret. Q si obicerет̃ q maioris liberalitatis ẽ dare

aliqd sine merito q̄ cū merito & de⁹ ē liberalissim⁹ ergo indecē q̄ debuit hōi dare btitudīez sine merito & p cōsequēs sine mādatoꝝ obligatiōe Dici pōt q̄ licz hoc neꝗ sit ex pte dei dātis btitudīez sine merito nō tñ ē tāte glīe & excellētie ex pte suscipiētis. Et quoniā dn̄s in cōferēdo p̄miū nō tantū attēdit sue liberalitatis manifestatiōez imo etiā & glīe nr̄e pmotiōez. Hic ē q̄ maluit nobis dare eternā btitudīez p īpletiōez mādatoꝝ & meritū obīe q̄ nllo merito p̄cedente. Neq̄ ppterea merita nr̄a derogāt diuine liberalitati q̄a de⁹ remunerat ultra cōdignum. Ob qd̄ Hiero⁹ in qōib⁹ ad helbidiā exclat. d. O q̄nta btitudo pro pnis magna recipe eterna p breuib⁹ p moritis sp uiuētia & hr̄e deū debitorem Et idem ad celantiam inqt. Quid tā igratū qd tā supbū uideri pōt q̄ aduersus eius uiuere uolūtatē q̄ ideo aliqd̄ ipat ut cās heat remunerādi? Neq̄ eni obsequii nr̄i de⁹ indiget sz nos illi⁹ indigem⁹ impio. hec ille. Tertio rōabilr deus obligauit hoīes ad obseruāda mādata ppr̄ hūiliatiōez. Decens nāq̄ erat ut hō Deū cognosceret supiorē & dn̄m suū se aūt seruū & īferiorē Et si ad ei⁹ famulatū cūcta mouentᷣ eiq̄ obediūt ut īsensibilia elemēta terra aq̄ aer ignis planete herbe arbores & pecora campi fōtes flūina maria uolucres celi pisces maris sol luna stelle & celestia corpa q̄nto magis hō sui creatoris ipio parere debet Sz heu heu q̄a in ordie creatuꝝ nlla ē tā ptinax tā p̄sūptuosa tāq̄ temeraria ad cōtēnēdum deū q̄ ingratissim⁹ hō. Quia ut ait Augꝰ ad hemitas. Ad nutū dei sol sua uia non deuiat non luna nō stelle. Cāpi decorātᷣ florib⁹ frōdib⁹ crispatᷣ silua in nemore cytharizat auicla. Insensibilia & irrōnabilia obediūt deo. solus hō dei uolūtati resistit. hec ille. Expgiscimī itaq̄ o pc̄tōres. & audite loquētē deū Deutro. iiii. c. dicentēq̄. Custodite mandata mea que ego p̄cipio uobis. Et de hoc xp̄s de⁹ nr̄ Ioh. xiiii. dicebat. Si diligitis me mādata mea seruate.

Q̄ deo est obediendū quia per obedientiam assequitᷣ homo bona temporalia spiritualia & eterna. Caplm. iii.

Ertiū qd̄ nos inducere debet ad obediēdū deo ē obediētie efficatia. Est qdem obīa efficacissima ad ipetrandū maxime tria bona. Primū tp̄ale Scdm spūale. Tertiū eternale. Primo obīa ē efficax ad ipetrādū bonū tp̄rale .s. psperitatē & rerū tp̄raliū hūdantiā. Qd̄ imortal de⁹ Leuit. xxvi. sic declarauit dicēs. Si i p̄ceptis meis ambulaueritis & mādata mea custodieritis & feceritis ea dabo uobis pluuias tp̄rib⁹ suis. Terra gigner germē suū & pomis arbores replebūtᷣ Apprehēdet messiū trit̄a uindemiā & uindemia occupabit sementē & cōedetis panem nr̄m i saturitate & absq̄ pauore hitabitis ī terra ur̄a. Dabo pacem in finib⁹ ur̄is dormietis & nō erit q̄ exterreat. Auferā malas bestias & gladius non transibit termios ur̄os. Persequimi iimicos ur̄os & corruēt corā uobis

Persequent̃ quoq; de ur̃is centũ alienos & centum ex uobis decẽ milia. Cadent inimici ur̃i ĩ cõspectu ur̃o gladio Respiciã uos & crescere faciam & mltiplicabimi Et firmabo pactũ meũ uobiscum. Cõedetis uetustissima ueteꝝ & uetera nouis su ꝑuenientib⁹ ꝓicietis. Ponã tabernacl̃m meũ ĩ medio ur̃i & non abiiciet uos aĩa mea. Ambulabo int̃ uos & ero ur̃ deus uosq; eritis popul⁹ me⁹. hec ibi. He sũt ꝓmissiões q̃s audiuim⁹ a deo factas ĩ qb⁹ tp̃ralia bona offeruntur possidẽda ob- seruãtib⁹ dei mãdata Sʒ ecõtra iobediẽtib⁹ in dicto. c. sic de⁹ oĩps cõminat̃ d. Si spreueritis leges meas & iudicia mea cõtẽpseritis ut nõ faciatis ea que a me cõ- stituta sunt & ad irritũ ꝑducatis pactũ meũ ego hoc quoq; faciã uobis. Visita- bo uos uelocit̃ egestate & ardore q conficiat ocl̃os ur̃os & consumat aĩas ur̃as. Frustra seretis sementẽ que ab hostib⁹ deuorabit̃. Ponã faciẽ meã contra uos & corruetis corã hostib⁹ ur̃is & subiciemini his q oderũt uos fugietisq; nemĩe per sequente. Sin aũt nec sic obedieritis mihi addã ad correptiões ur̃as septuplum ꝑpt̃ peccata ur̃a & cõterã sup̃biã duricie ur̃e daboq; uobis celũ desup sicut fer rũ & terrã eneã Cõsumet̃ icassum labor ur̃. Nõ ꝓferet terra germẽ suũ nec ar- bores poma prebebũt. Si ãbulaueritis ex aduerso mihi nec uolueritis audire me addã ad plagas ur̃as usq; ĩ septuplũ ꝑpt̃ peccata ur̃a. Immittã in uobis bestias agri que cõsumãt uos & pecora ur̃a & ad paucitatẽ cũcta redigãt deserteq; fiãt uie ur̃e. Q; si nec sic uolueritis recipe disciplinam sed ãbulaueritis ex aduerso mihi ego quoq; cõtra uos icedã & ꝑcuciã uos sepcies ꝑpt̃ peccata ur̃a ĩducãq; sup uos gladiũ ultorẽ federis mei. Cũq; cõfugeritis ĩ urbes mittã pestilentiam ĩ medio uestri ħ ibi. Scd̃o obia ẽ efficax ad ĩpetrãdũ bonũ spũale dei. s. gra tiã amicitiã & beniuolentiã Hec fuit illa decora uirtus ꝑpt̃ quã abrahã meruit audire angl̃m sibi. d. Per memeti p̃ʒ iuraui dicit dñs qa fecisti rẽ hãc & nõ peper cisti filio tuo unigenito ꝑpt̃ me bñdicã tibi & mltiplicabo semen tuũ sicut stel- las celi & uelut arenã que ẽ in littore maris. Possidebit semen tuũ portas inimi coꝝ suoꝝ & bñdicent̃ in semĩe tuo oẽs gentes terre qa obedisti uoci mee Grã- de admirãdũq; obsequũ deo p̄stitit abrahã ut ei obediret sʒ maiora consecut⁹ est diuine liberalitatis bñficia. Tẽptauit siqdẽ de⁹ illũ sicut scribit̃ gen. xxii. idest experientiã fecit sʒ Nico. de lira. nõ ꝑpt̃ se s; ꝑpt̃ alioꝝ exemplũ ut filiũ suũ di lectũ & unigenitũ imolaret in mõte Qd̃ utiq; grauissimũ erat impiũ. Prĩo qa iniungebat̃ ei ut re sibi carissima se ꝓuaret. Scd̃o q; filiũ suũ occidi & mori uio lenta morte pateret̃. Tertio q; ad hoc exequẽdũ & cõmittẽdũ suis ꝓprius ma- nib⁹ astrĩgebat̃. Quarto qa fili⁹ ille unigenit⁹ erat neq; aliũ ex libera uxore fi liũ hẽbat. Quĩto qa miracl̃ose illũ genuerat senex iã cẽtũ ãnoꝝ cũ uxore uetu la & sterili Sexto qa magna ꝓmissio facta erat abrahe de ip̃o. Septimo qa

ipse isaac solaciū erat mr̄i sue & bacl's senectutis pr̄is. Octauo qa debebat eū non solū occidere sꝫ etiā i igne urere. Nono qa noluit de⁹ eū statī audito pre cepto illud pficere sꝫ triduo pseuerare quousq; ueniret ad mōtem ad quem po tuissent citi⁹ pparare. Sꝫ ideo deo uolēte usq; ī tertiū diē ibidē non ꝑuenerīt ut sic magi lucesceret firmitas uolūtatī abrahe fꝫ Nico.de lira Vñ & glo.geñ.xxii ait. Nō ē iussus abrahā statī occidere filiū ꝑ p triduū ducere ad imolatiōis locū ut lōgitudīe tp̄ris tēptatio augeref & crescētib⁹ curis pr̄ua uiscera cruciarentur Accepto itaq; ꝑcepto tā difficili abrahā nō se excusauit nec ꝑcepti cāꝫ iterro ganit neq; ī ei⁹ executiōe filii blādiētis dulci pn̄tia mutat⁹ ē a pposito. Ibāt sil' erātq; cum eis duo famli dom⁹ q ligna īciderāt p holocausto & die tertio rema nētib⁹ ill' cū asino tulit abrahā ligna & īposuit sup isaac filiū suū q ꝑm Iosephū agebat tūc annū .xxv. ipe uero abrahā portabat ī manib⁹ suis ignem & gladium O q̄ renereut' cū pgerēt duo siml' dicebat isaac pr̄i suo. Ecce ignis & ligna ubi est uictīa holocausti O q̄ ardenter īndebat ei pr̄ seip̄m supans seip̄m uincens. Dn̄s puidebit sibi uictimā holocausti fili mi. Volūtate sensualitatis forte se cū tacite colloquēte atq; dicēte. Tu es uictīa quē ego pprus manib⁹ interficiam quē adurā sup altare ut satisfaciā deo nr̄o. O q̄le spectaculū O q̄le uirtutis exē plū mēte inspicere illos p⁹q̄ uenerīt īmontē p⁹q̄ ibi construxerīt altare p⁹q̄ de uiq; sup illud ligna cōposuere. Inqt.n. Iosephus in .i. antiqtatū li. Q abrabam anteq̄ filiū ligasset aduocauit illū ad se dixitq; illi. O puer quē innumeris uotis optaui a deo mihi cōferri & dū peruenisses ad uitā nihil ē qd' p alimēto tuo non feci. Neq; me feliciorē magis arbitrabar q̄ cū te ad hāc uiderē etatē successorē mei ꝑncipat⁹ reliquere. Cōgaudebā qa dei uolūtate tuus pr̄ sū fact⁹ denuo ꝑꝫ eius placitū te reponā. Hāc fortit' porta dicatiōeꝫ. Deo nāq; te cedo q mihi per oīa placid⁹ fuit & suffragator. Nat⁹ ergo morere nō cōi mō hac uita egrediens sed a pr̄e pprio oblat⁹ cūctoꝝ ob legitimū sacrificiū. Reor.n. qa te dignū iudi cauerit non egritudīe nec bello nec q̄libet alia passiōe que solet hōib⁹ accidere hac uita liberare sed cum igni & sacrificus tuam aiam suscipe & apud se retinere Eritq; decetero mei curā hn̄s senectutē regens q̄ gr̄a te maxīe nutriebā Audi tis his isaac hūili uoce pr̄i r̄ndit. O pr̄ mi colendissime rē audeo grādē ac durā Asseris te pr̄eꝫ meū uelle me pprus manib⁹ interficere & igne adurere ut obe dias deo. Doleo nēpe gratissime iuuentutis mee florē amittere doleo pr̄is mei me diligētis expiri in me gladiū seuiētis. Doleo insup tali mō deserere dilectā mr̄eꝫ & te patrē meū cui pauerā ī hac senectute sua in oībus subuenire. O care genitor. O pr̄ amantissime Credebā me esse bacl'm senectutis tue & ecce mihi dicis ut fortit' ferā mortē p te mihi inferendā. O inaudita res. O admirandum

nouū quo uiscera mea cōmouent̄ aīa turbat̄ & cor undiq; uexat̄ augustia Verū tn̄ pr̄ mi dulcissime q̄a sic placet deo ita fiat Et si nunq̄ hoc fieri ille mandasset & tu tantū iuberes adhuc p̄mptissim⁹ obedirē Nō fugiā a tua p̄ntia nō me defendā. Et h⁹i uerbis p̄strauit se i terrā prēʒq; adhuc alloquebat̄.d. Habes me filiū tuū ad uota pr̄ strīge man⁹ meas & pedes meos funib⁹ iterfice me sic tibi & deo ur̄o placet. O q̄d erat uidere ueuerādū senē illū mirādo feruore ligare manus & pedes filii eleuātēq; euagiuatū gladiū ut illū p̄imeret. O inaudita obīa p̄ris & filii O utriusq; ardētissima uolūtas ad obsequiū deo. O deniq; inmensa diuine largitatis bn̄ficia eisdē collata. Multa q̄dē susceperūt ambo āplıora dona a liberalissimo deo q̄ fuerit illoꝝ ad obediēdum cōmendabilis feruor uoluntatis. Tertio obīa ē efficax ad īpetrādū bonū eternale. Dixim⁹.n. i p̄cedētib⁹ sermonib⁹ qnēadmodū de⁹ bn̄dict⁹ largit̄ eterne uite p̄miū oib⁹ seruātib⁹ ei⁹ mādata Sed tāta est hūana neqcia q̧ magis hoīes dyabolo obedire uolūt q̄ deo. C l̄at de⁹ Nō hēbis deos alienos Et dyabol⁹ dicit. Sint tibi dii tui t̄palia bona que magis q̄ deū diligas. Noli scrip̄tis credere. Noli debita uota cōplere Sr̄stitiōes incantatiōes & diuinatiōes sectare Cultū dei negligas & contemnas. Sacris locis atq; p̄sonis reuerētiam nullū exhibeas. Eccl̄iasticas leges atq; cēsuras despicias nociq; mee obedias ut deū mime colas. Clamat de⁹. Non assumes nomē dei tui in uanū. Et dya⁹.d. Sis piur⁹ blasphema sepi⁹ Maledic nomē sanctū dei & oim sc̄toꝝ suoꝝ ac mr̄is ei⁹ uomēq; meū in oib⁹ tuis op̄ib⁹ frequēti⁹ cōmēora & dei uomen i turpib⁹ cātilenis admisce. C l̄at de⁹. Sabbata sc̄tifices. Et dya⁹ d. Diebus festis nl̄la sit inte memoria dei nl̄la recordatio salutis p̄p̄e & eternoꝝ bonoꝝ. Eccl̄ias fugias & p̄dicatiōes euangelii ad q̄s si accesseris nl̄laʒ modestiā serues. Vano aspectu ml̄res & uiros cōspice. Vestibus iuhonestis dieb⁹ illis utere ludo choreis atq; tripudiis tēp⁹ expendas & p̄ lucro t̄pali si q̄d op̄is facere poteris facias. C l̄at de⁹. Honora p̄rem ꝛc̄ Et dya⁹ dicit. Parētibus tuis infestus sis disciplinā eoꝝ & correctiōem fuge pietatē reuerētiā & obīaʒ eis denega contumelius illos affice & si potes uerbis uerbera adde atq; d' domo illas expelle Clamat deus. Nō occides Et dyabol⁹.d. Iniuriā noli sufferre. Sume de inimicis uindictā da locū ire percute iterfice & que non potes manu p̄sequere corde. C l̄at deus Nō mechaberis. Et dya⁹.d. Nullum sit pratū q̄d nō p̄transeat luxuria tua. Non erubescas adulterari fornicari incestū moliciē sacrilegiū & sodomiā nefandissimā & inuoīabilē p̄petrare. C l̄at de⁹. Non furtum facies Et dya⁹ .d. Rape depredare furare q̄ntū potes Nulla sit tibi cōscia p̄p̄t lucrū de piuriis de mēdaciis de fraude de siml̄atiōib⁹ de iniustitia de usuris de extorsiōibus de malis contractib⁹ & de excōicatiōibus. C l̄at deus. Non dices fl̄m testimoniū cōtra p̄xim

tuū. Et dyab⁹ ait. loquere sine mensura in dedec⁹ alioꝝ detrahe nicinis extrane-is sacerdotib⁹ religiosis ꝑlatis dn̄is uirgib⁹ uiduis & cōiugatis. C Pat de⁹. Nō cō-cupisces uxorē ꝓximi tui. Et dya⁹ dicit Oēs mī̄res q̄s uides cōcupisce & uolup-tuosa mēte desidera. C Pat deus Nō cōcupisces rē ꝓximi tui. Et dya⁹. d. Appo ne cor tuū ad alioꝝ bona desidera mortē ꝓpiquorū tuoꝝ ut eoꝝ bona ad man⁹ tuas ꝑueniant Et tn̄ sine cōpatione magis audit uox dyaboli q̄ dei. O extrema dementia O stultitia pniciosissima seruire dyabolo ꝑ eternis incendiis & relin quere deū liberalē & munificentissimū q̄ seruis & amicis suis pollicet̄ gaudia pa radisi Ad que nos ꝑducat xp̄s dei filius q̄ ui. & regn. ꝑ infinita sc̄la Amen.

Feria. iiii. p⁹ dn̄icā i septuagesima. De ifinita mia dei q̄ ipe pr̄ pussim⁹ dul cissime uocat aiam ad pniaꝫ oēs etiā pessimos peccatores promittens eis libera liter indulgentiam & remissionem. Sermo. iiii.

Ox dilecti mei pulsantis. Api mihi soror mea sponsa. A ie peccatrix ad pniaꝫ redire disposite uerba sunt ista origialit̄ Cant. v. c. Pussim⁹ oim pr̄ de⁹ offert pc̄ōrib⁹ ut occasiōeꝫ hēant ad eū reuertēdi uberri-mū fontē & indeficientē & ihauribilē mie sue. Neq̄ unq̄ tā grādis peccator in-nent⁹ ē q ad eū cōfugere uolēs non fuerit benigne misericordissimeq̄ suscept⁹ Hec ē illa mia que fiduciā p̄rate debet cūctis pc̄ōrib⁹ ne unq̄ despent. Hec ē illa decora & formosa regina que sp̄ astat a dextris dei i uestitu deaurato circū data uarietate Hec ē que blāda uoce hūiliq̄ sermōe deliquētes admonet ut ad fontē aque uiue deū ppiciū atq̄ benignū currāt sicientes Et quoniā mī̄roꝝ cor-da molli nolūt & duriora saxis indies obstinant̄ in malo. statui in hoc sermone uerba facere de iocundissima uoce mie dei qua ipse dilect⁹ aiaꝝ sponsus illas in peccatis errātes liberalissime aduocat ut de erratis cōpuncte ueniā & indulgē-tiā suscipiāt. Qd̄ bn̄ sensit aia peccatrix disposita iam ꝑterita mala corrigere & decetero a futuris cauere. d. i uerbis notat̄ i themate. Vox dilecti mei q̄ creauit me q̄ me fecit q̄ me redemit q̄ mihi pollicet̄ gaudia padisi pulsantis ꝑ intrinse cas inspiratiōes ꝑ extrinsecas mōitiōes ꝑ spūales illuiatiōes per sacroꝝ disposi tionē. Api mihi. s. cor tuū o soror mea o aia mea ad meā imaginē & silitudinem facta. O sponsa mea quā desponsaui mihi i fide cū sacrū suscepisti baptisma & ego tibi meā gr̄aꝫ sū largitus. Api inq̄ mihi ut audias me exhortantē te q̄tenus pniaꝫ agas & pc̄ōꝝ tuoꝝ ueniā indulgentiāq̄ a mia mea habunde suscipias. In qb⁹ uerbis de uoce mie dei aiaꝫ uocātis tria misteria ꝓponim⁹ contemplanda.

Primū dr̄ reuelatiōis. De pconiis & laudib⁹ mie dei que pc̄ōribus demr̄at̄
Scd̄m ampliationis. in scripturis figuris & exemplis. Caplm. i.
Tertiū accelerationis.

Iudei. Sed cõtra arguit q2 exodi. xx. Deus dixit. Ego sum dñs de9 tu9 fortis zelotes uisitãs iniquitatẽ patrũ in filiis in tertiã & quartã generationem eo2 q ode rũt me. Ad idẽ facit. c. Vergẽtis. Extra de hereticis. Et idẽ habet extra de filiis p̃sbyteroȝ nõ ordinãdis. c. i. c. Ad p̃ntiã. c. P̃ntiũ. c. Cõquerẽte. Et c. Qm̃. Et. i. q. iiii. §. Itẽ dr̃ Chã peccãte Chanaã filI9 ei9 maledr̃. Rñdȝ dñs Boñ. di. xxxiii. ii. li. Q. duplex ẽ punitio. Vna eterna alia tẽporalis. Filii non puniũt pro peccato pentum pena eterna. Vñ Ansel. de cõceptu uirginali dicit. Q. pueri non dãnant̃ p culpa Ade tm̃ sed p culpa p̃pria quã h̃nt licet non habeãt eã agendo sed cõtrahendo. Puniunt̃ tñ filii p peccato pentũ pena tẽporali eo q2 filii sunt aliqd patris Et hoc patet p sacrã scripturã in plurib9 exẽplis. Iõ dicit Greg9. i. q. iiii. c. Paruulos. Paruulos sodomytaȝ nõ excusauit ignorãtia qn̄ p p̃no scelere clesti igne consumerent̃. Sed hoc igne pena illis diminuta ẽ qbus successio p̃ni sceleris ẽ adẽpta Pariẽ etiã demõstratũ ẽ peccatis pentũ puulos aliquãdo corporalr̃ flagellari. Scd̃o de9 irat9 ẽ terribilis ppt̃ iustoȝ afflictiõẽ. Affligit etiã & sepe bonos cũ malis. Sed dubitat̃ hic. Vtȝ possit esse in aliquo pena sine culpa Et uidet̃ q2 non quia Hiero9 ait Quicqd patimur peccata nr̃a meruerũt. Et greg9 dicit in collecta. Nulla eis nocebit aduersitas si nulla dñet̃ iniquitas. Sed cõtra ẽ illud Iob. xvii. Nõ peccaui & i amaritudinibus morat̃ ocul9 me9 Et Ioh. ix. Quis peccauit. hic aut p̃ẽtes ei9 ut cec9 nasceret̃? Et r̃ndit x̃ps. Neq3 hic peccauit neq3 p̃entes ei9. Et exponit Aug9. Q. hoc nõ dr̃ q2 nõ peccauerit sed q2 cecitas nõ erat pena peccati. Preterea p peccato originali nõ meret̃ q̃s nisi semel mori. Sed Lazar9 nõ tm̃ fuit mortuus semel sed bis ergo uidet̃ q2 aut mors prima aut scd̃a fuerit ei absq3 merito peccati inflicta. Itẽ x̃ps nullũ habuit peccatũ & tñ in eo fuit pena. Rñdet Boñ. di. xxxvi. ii. li. Q. malum pene dupl'r põt ordinari. Vno mõ ad malũ culpe qd̃ puniẽdo ordiat. Alio mõ in cõpatione ad bonum qd̃ de9 elicit ex illa pena Si ergo aliqua pena infligat̃ cuius ordinatio p̃ncipal'r consistat i cõpatiõne ad malũ culpe puniendũ necesse ẽ aliquã culpã p̃cessisse. nec tm̃ p̃cessisse sȝ etiã aliquo⁹ cõicari iseparabil'r. Pena. n. aut ẽ directe ordiata ad puniendũ aut ẽ ordiata p̃ncipal'r ad malũ excludẽdũ. p̃mo mõ ẽ pena infernalis. Scd̃o mõ ẽ pena purgatoria. Primo mõ reqrit pena p̃ntiã culpe secũdum deformitatẽ & maculam. Scd̃o mõ reqrit culpe p̃ntiã scd̃m reatũ & sequelã. Si aũt pena infligat̃ p̃cipal'r ppt̃ ordinẽ quẽ habet ad bonũ qd̃ inde elicitur Aut ergo ppt̃ bonũ p̃priũ. Aut ppt̃ alienũ. Si ppt̃ bonũ p̃priũ sic requirit q2 i subiecto illo aliqñ fuerit culpa & q2 possit esse de futuro. Si aũt ppt̃ bonũ alienum sic sufficit pene ut fuerit culpa i alio q̃ in eo q punitur in eo Videlicet pro quo pena illa sustinet̃ per quẽ modum fuit in x̃po cuius mors & passio ordinata

erat ad redimēdū genꝰ hūanū & liberādū & repandū a lapsu in quē ceciderat ex peccato primi pentis & sic patet ꝙ oīs pena aliquo modo respicit culpam. Sed quedā ut pūtē in se utpote pena infernalis. Quedā ut ꝑteritā in se sed pūtē in reatu & sequela sicut pena purgatoria. Quedā uero solū ut ꝑteritā & hoc in eo ꝙ punit. Et sic ē oīs pena in istoꝝ excepto xpo. Quedā uero respicit culpā nō in se sed in alio sicut in xpo. Pōt etiā pena ordinari ad bonū qd' inde elicit Et sic pōt esse ī aliquo sine culpa talis pene meritoria qa illud malū pene recōpēsat p maius bonū qd'inde elicit sicut patet ī ceco nato in Iob ī Lazaro ī Thobia & ī quolibet uiro iusto. hec Boñ. Alex. autē in.iii. sūme allegando Ioh. Dama. dicit Cōcedit deꝰ iustū incidere ī calamitates ꝑpter multas causas. Prima ē ut eā que ī ipo latet uirtutē alijs manifestā faciat ut Iob.i. Scdā ē ut nō ex recta cōsciētia cadat p supbiā ut in Paulo.ii.cor.xii. Tertia ut alij erudiāt ut ī Lazaro & diuite Luc.xvi. Quarta ꝑpter gloriā dei ut in ceco nato. Ioh.ix. Quita propter zelum alteriꝰ siue imitationē ut gloria eiꝰ qui passus ē magnificata ī pugna alijs passio fiat spes future uite ut in martyribus ad heb.xi.c. Propterea dicit Augꝰ li.i.d'ci. dei.c.viii. hec cū ita sint boni & mali pit' afflicti sunt nō tñ iō distincti sunt quia distinctū nō ē qd'utriq; ꝑpessi sunt. Manet.n. dissimilitudo passoꝝ ī similitudie passionū. Et sub eodē tormēto nō est idem uirtus & uitiū. Nā sicut sub uno igne aurū rutilat palea fumat & sub eadē tritura stipule cōminuūt frumēta purgant ita una eadēq; uis irruēs bonos probat purificat eliquat malos damnat uastat & exterminat. Vñ ī eadē afflictione mali deū detestāt atq; blasphemāt boni autē ꝑcāt & laudāt. Tertio deꝰ iratꝰ ē terribilis eo ꝙ qñ pꝰ diuturnā expectationē ꝑuocat ad iracūdiā nō exaudit obstinatoꝝ uoces peccatoꝝ ꝑ ut plene diximus in sermone de impedimētis orationis.

Q cognoscit ira dei ꝑpinq tū cū peccata sūt cōsumata tū cū peccatores sunt obstinati tū cū illā ꝑphe & aici dei ꝑnūciāt & cōminant. Caplm.iii.

Ertiū mysteriū cōtēplādū de ira dei dr ꝑpinqtas.quãuis.n. nesciamus certitudinaliter qñ ꝑpinq sit ira dei ad flagellādū peccatores possumꝰ tñ id cognoscere ex cōiectura signoꝝ. Sūt aūt d' hoc tria ꝑncipalia signa. Primū peccatoꝝ cōsumatio. Secūdum populoꝝ obstinatio. Tertiū ꝑphaꝝ anunciatio.

Primū signū ad cognoscēdū seu timendū ne ꝑpinq sit ira dei ē peccatorum cōsumatio. Qñ cōsumata sūt peccata & impleta ē mēsura. Pñt aūt no tari septē signa cōsumationis peccatoꝝ qbꝰ signis adipletis nihil aliud nobis expectādū & timēdū ē ꝙ ira uidicta flagellū & ultio diua. Primū ē horribilitas pctoꝝ multoꝝ. Scdm mltitudo peccātiū. Tertiū īpūitas maifestoꝝ sceleꝝ. Quartū aiaduersio ī peccatī. Qnītū affectio ad scelera. Sextū studiū peccādi. Septimū lōga

pseuerantia in peccatis. He conditiones explicant̃ gen̄.vi.c. Prima con-
ditio seu p̄mū signū q̄a in mundo tēpore diluuii erāt magna peccata & horrēda
nimis ꝓpterea dr̃ Vidēs aūt de⁹ ꝙ multa malitia Qd̓ uerbū manifeste ostendit
horribilitatē & turpitudinē mltoꝝ pc̄tōrū. Scd̓o cōit̃ hoies talia perpetrabant
ꝓpterea subdit̃. hoim. Tertio insup pc̄tā illa īuerecūde & īpune fiebant .iō sub-
iunctū ē. Esset in terra idest maifesta erāt & īpunita. Quarto fiebant peccata
tota mētis aīaduersione .iō addit̃ Et cūcta cogitatio .s. nō ꝑtim nō diuisim sed in
malis integra & cōiūcta. Quinto fiebāt tota cordis affectione .iō subdit̃. cordis
Sexto ꝑpetrabantur toto studio .iō subdit̃. Intenta esset ad malum. Septimo
fiebāt pseuerant̃ ꝓpterea additur. Omni tēpore. Timeo satis ne hec signa ueri
ficēt̃ in nobis. Tēpore nāq̧ isto nefandissima scelera cōmitti solēt nec a paucis
sed a multis neq̧ puniuntur aut corriguntur. qm̄ illi ad quos spectat corrigere
uel punire deteriores sūt aliis Et n̄ est ueritas nō iustitia neq̧ rectitudo in filiis
hominū fiūt peccata cū oī aduersione mētis cū oī affectiōe studio ac pseuerātia
O fatui populi. Cur non timetis? Cur non expauescitis? Cur ad penitentiā
redire negligitis? Audite spal. dn̄tē. Nisi cōuersi fueritis gladiū suum uibrauit
arcū suū tetēdit & parauit illū. Scd̓m signū ꝓpinquitatis ire dei dicit̃ populorū
obstinatio. Qñcumq̧ populi pc̄tōres obstinant̃ & obdurant̃ in corde non moti
bn̄ficiis dei nō cōminatiōib⁹ nō p̄dicatiōib⁹ nō signis nō deniq̧ ullo alio modo
signū forte ē ꝙ ꝓpe est eis flagellū dei Est de hoc exēplū obstinatissimi populi
iudeoꝝ quē de⁹ dileuit ꝓpt̃ obstinationē suā. Nā p⁹ multa mala a iudeis ꝑpe-
trata xp̄us uiuēs in carne in medio ꝑporū uocauit eos ad pn̄iā3 uita miraculis &
doctrina. Ip̄i uero noluerūt audire ip̄m. In doica aūt oliuaꝝ cū itroisset Hierl̄imā
ut dr̃ Luc.xix.c. Vidēs ciuitatē fleuit sup illā dicens. O ciuitas ampla. O ciuitas
regia. O ciuitas digna plena populo affluens diuitiis & abundans peccatis. Ve
niēt dies i te & circūdabūt te inimici tui uallo & circūdabūt te & coangustabūt
te undiq̧ & in terrā prosternēt te & filios tuos qui in te sunt & non relinquent
in te lapidē sup lapidē eo ꝙ non cognoueris tēpus uisitationis tue. Propterea
dicit Hiero⁹ in questionibus ad Helbidiā. In tātū aūt Hierl̄m amauit dn̄s ut fle-
ret eā & plāgeret & pendens in cruce loqueret̃. Pr̃ ignosce eis q̄a nesciūt quid
faciūt. Itaq̧ īpetrauit qd̓ petierat & datū ē eis tēpus pn̄ie usq̧ ad .xlii. annū. P⁹
qd̓ pseuerantibus in blasphemia egressi sunt duo ursi de siluis romanoꝝ Vespe
sianus & Titus & eos interfecerūt atq̧ lacerauerunt. hec ille. Die aūt qua cruci-
fixus ē Iesus dei filius cōuersus ad mulieres que plāgebāt & lamētabāt̃ eū dixit
Filie hierusalē nolite flere sup me sed sup uos ip̄as flete & super filios u̅r̅os q̄a
uenient dies in quib⁹ dicetis. Beate steriles que nō genuerūt & ubera que non

lactauerũt. O saxea. O lapidea. O adamantia iudeorũ corda. Nec uerbis xp̄i cre
diderũt nec susceperũt testimoniũ apl'orũ qui magna uirtute p̄dicabãt resurrecti
onē mgr̄i sui sed in dies crudeliores facti ꝑsequebãt ecclesiã lapidauerũt Ste-
phanũ iterfecerũt Iacobũ iustũ & Paulo cõuerso miraculose ac ceteris p̄dicãtibꝯ
xp̄m impiissime restiterũt. Voluit tñ deus anq̄ irã suã inferret in eos terroribꝯ
& signis celi illos ad penitentiam uocare. Et ut meminit Iosephꝯ ĩ libris d' bello
iudaico & Eusebius in historia eccl'astica & Polycratus ĩ libro de nugis curialium
Stella quedã sub forma gladii stare uisa ē q̄si iminens desup ciuitati Cometes
exicialibus flammis per totũ annũ uisus ē ardere Luna Eclipsim per xii. noctes
passa ē cõtinuas. Cũ die festi plimi cõuenissent octaua die mensis aprilis noctis
tēpore hora nona tãtus fulgor luminis arã tēpluq; circũdedit ut dies clarissimus
uideret̃ mãsitq; spacio hore dimidie. hoc qdē ignaris ꝓsperꝝ uisum ē sed ꝓbos
ꝑitosq; doctores portẽtũ exiciale nõ latuit. Ianua templi que erat ad orientem
cũ esset ere sollido induta tãti põderis ꝙ uix a. xx. uiris sũmo conatu ĩpellẽtibꝯ
clauderet̃ repẽte hora noctis sexta p se ipsam apta ē q̄q̄ ferreis uectibꝯ teneret̃
Die. xxi. mai ꝓpe occasum solis uisi sunt currꝯ & quadrige in omnē regionem p
aerem ferri & armatoꝝ cohortes nubibus commisceri. In nocte pent. sacerdotes
ĩgressi tẽplũ ad diuina officia celebranda p̄mo senserũt quosdã strepitus & paulo
post audierũt uoces clamãtes. Discedamꝯ ab his sedibꝯ. Ante q̄rtũ annũ belli in
die festi tabernacl'oꝝ qdã rusticꝯ & plebeꝯ Iesꝯ nōie filiꝯ Ananie repẽte clama-
re cepit. Vox ab oriẽte. Vox ab occidẽte. Vox a q̄tuor uẽtis. Vox sup ierosolimã
& tẽplũ. Vox sup spõsos & spõsas. Vox sup uniuersũ populũ. Sicq; indesinent̃
die ac nocte clamabat p uicos & plateas discurrẽdo. Et flagellatꝯ ac ꝑcussꝯ etiã
añ iudicē flagris usq; ad ossa laceratꝯ ut taceret ip̄e quolibꝫ die cũ eiulatu semp
illud replicabat addens. Vhe hierosolimis. Vhe masculis & femellis. Nec unq̄
ĩ tot ꝓdigiis atq; signis ille dure ceruicis populus errores suos corrigere uoluit
Ob quã obstinationē altissimus deus in illos suã iram effudit. O quis explicet
sine singultibꝯ? Quis audiat sine lacrimis? Quis cõsideret sine timore ciuitatis
Hierosolimitane excidiũ & desolationē? Refert nãq; Iosephus in. vi. li. de bello
iudaico. Q. Tittus & Vespesianus cũ exercitu ualidissimo a romanis missi in die
sollenni pasce quãdo etiam ex circũiacẽtibus locis ĩnumerabilis populus uenerat
ierosolimã ciuitatē obsiderũt fecerũtq; ĩ circuitu uallũ munitissimũ ita ut nullꝯ
ciuitatē exiens illud ptrãsire posset. Ob quã causam in breui ciuitas fame cepit
urgeri tantũq; inualuit penuria reꝝ ꝙ ꝓpt' famē hec que referã dicit Iosephus
fuisse mala secuta. Primo ꝙ p̄dones p ciuitatē discurrẽtes ui intrabãt domos &
rapiebãt si qd ibi ĩuenissent comestibile. Scd'o ꝙ filii ex ore parentũ & ecõuerso

uiolent̄ stricto gutture masticatū cibū extrahebant & uelut rabidi comedebant Tertio q̄ etiā fimū boū aliaq̄ uilissima sumpserunt in cibum. Quarto q̄ multi cōtendebāt exire ut herbas colligerēt & capiebāt a romanis & tāt⁹ numer⁹ fuit captiuoꝝ ut tute custodiri no possent. Qnapꝑter statutū fuit ut euulsis eorum oculis aut amputatis illoꝝ manib⁹ cōpellerent̄ sic ad ciuitatē redire. Quinto q̄ q̄plures diuites ne iocalia sua poenirēt ad ma⁹ romanoꝝ quos uerisilr credebāt ciuitatē debellaturos illa deglutiuerunt. Cui⁹ rei fama cum deuenisset ad aures romanoꝝ cōmouit eos ot existimarēt captiuos iudeos quos tenebāt gemmas in uētre adhuc retinere. Quare una nocte duoꝝ miliū patefacta sunt uiscera. Sexto q̄ multi formosi iuuenes ī uia in plateis publicis in ꝓpriis domibos fame afflicti īprouisa morte cadebāt. Septimo q̄ inuēte sūt mulieres que filios ꝓprios comederūt. Vn̄ refert Iosephus de quadā. Q̄ cū nō haberet ad comedēdū lactentem filiū in manib⁹ tenēs dixit. Infelicis m̄ris infelicior fili i bello i fame ī direptiōe cui te reseruabo? Veni ergo nūc. o mi nate esto cibus m̄ri ꝑdonibus furor seculis fabula. Et his dictis filiū iugulauit & coxit & dimidiū comedēs partem alteram occultauit. Et ecce cōfestim ꝑdones odorē carnis cocte seotiētes i domū irruont & nisi carnē ꝓdat mortē minant̄. Tūc illa detegens infantis mēbra. Ecce inquit uobis ptē optimā reseruaui. At illos tātus horror inuasit q̄ nec loqui potuerūt Et illa meus ē inquit hic fili⁹ meū ē peccatum securi edite qa prior ego comedi quē genui. Illi uero tremētes & territi discesserūt. O quot erant in ciuitate illa amara spectacula ubi uidebant̄ quottidie tot morieotes. O quot ifātes & pueri extendentes manū ad ubera matrū & panē petētes ad pedes illaꝝ mortui deficiebāt. O quot erāt ibi flebiles uoces. quot lamēta. quot singultus. quot gemit⁹ & suspiria. Claoserat eis deus & strinxerat uenā mīe sue. Tandē post bieniū capta fuit ciuitas & in predam data & muri & hedificia quelibet solo equata. Et ut Ioseph⁹ refert. decies cētena milia iudeoꝝ fame & gladio perierunt & .ix. milia uēdita fuerūt. O si possem i talē ascendere speculā de qua omnē Italiā cernerē omnesq̄ meā uocē pussēt audire ꝑfecto clamarē. O Italia plāge. O Italia time. O Italia caue ne ꝓpter obstinationē tuā in te deseuiat ira dei. Vocauit ipse te multis annis dotauit amplis beneficiis. Misit ad te predicatores suos. Terruit te signis & ꝓdigiis. Sensisti terremot⁹ pestilētias & tēpoꝝ sterilē cōditiooē? Cōminat⁹ ē tibi de⁹? Sic. Certe hoc fecit ut te induceret ad penitētiā. Et tu in dies durior efficeris i peccatis & malitia ꝑseuerādo. Fiūt iā ubiq̄ usure publice. Oia fedata suot spurcissimis uitiis carnis & ignominiose sodomie Sūpbia pompa? iā occupanit oēs ciuitates & terras. Blasphemie dei piuria mendacia iniustitie uiolētie opꝑssiones paupū & sília supabūdant. O Italia decora. O regio diuitiis

plena. Noli contēnere deum. Noli exacerbare maiestatē eius. Tertium signum ppīqtatiõis ire dei dr̄ pphāꝝ anūciatio. Cognoscim⁹ ppīquā dei irā qn̄ p pphas suos de⁹ illā pnūciat. Dieb⁹ aūt istis multa dn̄r pnūciata p sanctā Brigidā que spiritu claruit pphetico p sanctū Methodiū & p nōnullos alios Ego aūt q dicta ipsoꝝ etiā origiali legi cū illa clare nō intelligā nō audeo qcq̄ temere diffinire. Hortor tñ oēs populos ut cessent a uia sua mala ne forte si in illa pseuerauerit repente superueniat ira & indignatio dei a qua ipse nos liberet q est benedict⁹ & laudabilis p infinita secula seculoꝝ. Amen.

Doīca tertia in q̄dragesima infra diē de uitio & peccato discordie qd̄ nullo pacto stare pōt cū ueritate pñie ob quod penitentes ab illo sibi maxime cauere debent.

Sermo .xxxix.

Mne regnū ī seipm̄ diuisum desolabit̄ & dom⁹ sup̄ domū cadet. Verba sunt redēptoris nr̄i originalr̄ Luc. xi. c. & in euāgelio pn̄tis doīce. Nō potuit efficaci⁹ aut clari⁹ explicari q̄ pniciosū sit malum aut graue discordia dānata q̄ i uerbis dn̄i nr̄i Iesu xp̄i q dixit cōtra phariseos. Et licet sua fuisset intētio ōndere demones cōcordes esse ad omnem malitiā hoīmq̄ pditionem uerūtñ nos intelligim⁹ dissensiones quelibet regna ualidissime exterminare. Ad hoc aūt astut⁹ diabol⁹ initiū ut caritate abiecta cum discordiis odiis & dissensionib⁹ deū oīpotētē offendamus. Eapp̄ter p utilitate penitētiū in pn̄ti s̄mone cōtra discordie uitiū stilū nr̄m exacuem⁹. qm̄ redēptor nr̄ amaꝝ illi⁹ effectū q̄ ē regnoꝝ desolatio aput in uerbis allegatis in themate in quibus de discordia tria mysteria erūt declarāda. v3.

Primū dr̄ originatio. Q. tres pn̄t esse radices uel originales cause dānabilis
Secūdum distinctio discordie uana gloria. uidelicet auaritia uel stultitia si
Tertium offensio ue lenitas. Capl̄m. i.

Rimū mysteriū declarādū de discordia dr̄ originatio in quo uidendū ē que sunt discordie originales cause. Et assignari possunt tres cause. Prima dr̄ uana gloria. Scd̄a dr̄ auaritia. Tertia dr̄ stulticia. Prima causa discordie dr̄ uana gloria. Scd̄m. n. Greg. xxxi. mor. Discordia ē uane glorie filia. Nā ut dicit Tho. ii. ii. q. xxxvii. Discordia īportat quādā disgregationē uolūtatū īquātū. s. uolūtas uni⁹ stat ī uno & uoluntas alteri⁹ stat in altero. Q. aūt uolūtas alicuius in pprio sistat puenit ex hoc q aliqs ea que sūt sua p̄fert his que sunt alioꝝ. Qd̄ cū inordinate sit ptinet ad inanē gloriā & ad supbiā. Et scd̄m circūstātias pōt esse peccatū mortale aut ueniale. Sed aliqs posset arguere q discordia nō ē peccatū. Nam act. xxiii. Paulus posuit discordiā int̄ pheos & saduceos qd̄ nō fecisset si fuisset peccatū. Itē dr̄ act. xv. Facta est dissensio int̄ Paulum &

Barnabã. Sed Tho. Rñdet ad ꝑmũ. Q᷑ causare discordiã ꝑ quã tolliť mala concordia ē laudabile. & hoc mõ fecit Paulus. Christus etiã ď seipo dic. Math. x. c. Nõ ueni pacē mittere sed gladiũ. Ad scđm dicit Tho. Q᷑ discordia que fuit inť Paulũ & Barnabã fuit ꝑaccidẽs & nõ ꝑ se. Vterq; n. intendebat bonũ. Sed uni uidebať hoc esse bonũ alii aliud qđ ad humanũ defectũ ꝑtinebat nec erat talis cõtrouersia ĩ his que sũt de necessitate salutí. Sed hic oriť unũ dubiũ. Vtꝝ auditores diuersoꝝ mgr̃oꝝ tenẽtiũ diuersas opiniones excusenť a pc̃õ si opiniones suoꝝ mgr̃oꝝ tenẽt qñ nõ sũt bone. Et rñdet Tho. ĩ quolibetis. Q᷑ si diuerse opiniones doctoꝝ sacre scripture nõ sũt cõtra fidē uel bonos mores absq; periculo auditores utrãq; opinionē sequi pñt. sicut uaria fuit opinio inť Aug. & Hiero. de obseruatione legaliũ añ diuulgationē euangelii. In illis uero que ꝑtinent ad fidē uel bonos mores null9 excusať si sequať erroneã opinionē alicui9 mgr̃i. In talib9 n. ignorãtia nõ excusat. Alioq̃n imunes a peccato fuissent qui secuti sunt opinionē Arrii Nestorii & alioꝝ heresiarchaꝝ. Nec pñt excusationē habere ꝑ p̃t simplicitatē si in talib9 opinionē erroneã sequanť. In talib9 nãq; dubiis non est defacili ꝑstandus assensus sed poti9 ut dicit Aug9. in. iii. de doctrina xp̃iana Cõsulere quis debet regulã fidei quã de scripturaꝝ planioribus locis & ecclesie auctoritate ꝑceperit. Qui ergo assentit opinioni alicui9 mgr̃i cõtra manifestũ scripture testimoniũ siue cõtra illđ qđ publice teneť scđm eccle auctoritatē nõ põt a uitio erroris excusari. Cõcordat Monaldus & Hosti. Aliqua tñ sunt que aliq̃n fuerũt in uaria opinione doctoꝝ añq̃ ꝑ eccl̃az fieret determinatio. Et pro illo tẽpore potuerũt excusari q᷑ unã uel cõtrariã tenebãt. Sed postq̃ determinatũ ē ꝑ eccl̃az & firmata altera eaꝝ hereticũ esset cõtrariũ sentire. Sicut ē exẽplũ de paupertate xp̃i de qua añ Ioh. xxii. Erãt uarie & cõtrarie opiniones. Vtꝝ xp̃s cũ apl̃is habuit aliquid in cõi. Sed determinatum fuit ꝑ ipsum Ioh. xxii. imo per eccl̃am q᷑ habuit ex eo q᷑ Ioh. iiii. dr̃. Discipuli ei9 abierunt in ciuitatem ut cibos emerẽt. Et Ioh. xii. ď Iuda dr̃. Fur erat & loculos hñs ea que mittebãť portabat. Et hoc ipsum diciť. xii. q. ii. c. Habebat. Qui ergo cõtrarium assereret ꝑtinaciter hereticus habereť. Addit Hosti. q᷑ quando sunt diuersa iura & opiniones. s. nec cõtra deũ nec bonos mores humanior snĩa est ꝑferenda ceteris paribus. extra de trãsac. c. Si alias Standũ est ei que meliori innitiť rõni di. xx. §. i. Et extra de feriis. c. Capellan9. Adde etiã q᷑ in his que concernũt foꝝ cõsciẽ in dubiis tutior uia ē eligẽda. extra de sponsalib9. c. Iuuenis. Nec tñ defacili contraria opinio est reprobãda. Scđa causa discordie dr̃ auaritia. Inq̃t Seneca ĩ li. ď iiii. uirtutib9 Quietissime uiuerent homines sup terrã si hec duo ꝓnoĩa tollereť. meũ & tuũ Et Plato in phedrone. Propter pecuniaꝝ possessionē uniuersa bella nobis fiũt

Et Saluſtius in Catilinario. Impii & diuitiaꝝ cauſa bella atq̧ certamina omnia int̄ mortales ſunt. Et Lucan⁹ li .iii. Certamē mouiſtis opes. Videmus hoc per expientiā omni die q̄n ꝓpt̄ auaritiā fili⁹ diſcordat a pr̄e frat̄ a fratre & amicus ab amico. Tertia cauſa diſcordie dr̄ ſtultitia. Sunt nāq̧ multi ſtulti & leues qui oīa credūt que a ſuſurronib⁹ eis dr̄. Suſurratio ſiqdē aptiſſimū iſtrumētū ad diſcordias ſeminād as. ꝑpterea dixit ſapiēs ꝓuer. xxvi. Cum defecerit lingua extinguetur ignis & ſuſurrone ſubtracto iurgia cōquieſcūt. Et eccl'aſtici. xxviii. c. Suſurro & bilinguis maledict⁹. Multos. n. turbau͂it pacē hn̄tes. Lingua tertia multos cōmouit & diſp̄ſit illos de gente in gentem. Ciuitates muratas diuitum deſtruxit & domos magnatoꝝ effodit uirtutes populoꝝ cōcidit & gentes fortes diſſoluit mulieres ꝓuatas eiecit & ꝓuauit illas laborib⁹ ſuis. Qui reſpicit illā non habebit requiem nec amicum in quo requieſcat. Flagelli plaga liuorem facit. Plaga aūt lingue cōminuet oſſa. hec ibi. Qniſnā ſufficeret enumerare diſcordias que exorte ſunt inter ciues inter uicinos inter dominos inter populos int̄ uxorē & uirū int̄ fratrē & fratrē ꝓpt̄ ſuſurrantes? O lingua ignita. O lingua uenenata O lingua immanior & crudelior omni fera peſtifera. Tu lingua ſuſurronū inſtrumentū es diaboli. Tu illi⁹ ſagitta uulnerās. Tu eius acutiſſimus enſis. Propterea ſuſurratio ponit̄ int̄ grania peccata que execrat̄ de⁹ de qbus ſapiens dicit ꝓuer. vi. c. Sex ſūt que odit dn̄s & ſeptimū deteſtat̄ aīa ei⁹. Oculos ſublimes. Linguā mendacē. Manus effundentes innoxiū ſanguinē. Cor machinans cogitationes peſſimas. Pedes ueloces ad currendum in malum. Proferentem mēdacia. Teſtē fallacē. Et eū qui ſeminat int̄ fratres diſcordiā. Sed culpabiles adhuc ſunt illi q̧ a ſuſurronibus ſibi cauere aut neſciunt aut nolunt.

Q triplex eſt diſcordia dānabilis. ſciſmatice prauitatis ciuilis partialitatis & importabilis ſocietatis. Cap^m. ii.

Ecundū myſteriū declarādū de diſcordia dicit̄ diſtictio. Diſtinguit̄. n. triplex diſcordia dānabilis & piculoſa. v3. Prima ē ſciſmatice prauitatis Sc'da ciuilis ꝑtialitatis. Tertia importabilis ſocietatis. Prima diſcordia ē ſciſmatice prauitatis. Eſt aūt ſciſma uitiū quo quis ſūmo pōtifici ſubeſſe recuſat & mēbris eccl'e ſubiectis coicare nō uult. Sciſma ſiqdē grecū ē nomē qd' latie ſciſurā ſonat ut dr̄. xxiiii. q. i. c. Sciſma. Eſt āt peccatū mortale qa cōtraria ē caritati eccl'aſtice unitatis. Eſt aūt dr̄a int̄ hereſim & ſciſma. qa hereſis opponit̄ directe & ꝑ ſe fidei ut dicit Tho. ii. ii. q. xxxix. & ſciſma ꝑ ſe opponit̄ eccl'aſtice unitatis caritati. Vn̄ Hiero⁹. xxiiii. q. iii. c. Int̄ ſciſma. Inter ſciſma & hereſim hoc arbitror intereſſe q̧ hereſis ꝑuerſum dogma habet Sciſma aūt ab eccl'a ſepat. Cōtra ſciſmaticos dr̄ in. c. i. de ſūma trini. & fide catholica. Vna eſt fideliū uīs eccl'a. extra

quã null9 oĩo saluat̃.Et.xxiiii.q.i.c.Loquit̃.Cyprian9 ait.Loq̃tur dñs ad Petꝝ. Ego dico tibi q̃a tu es Petrus & sup̃ hãc petrã hedificabo eccl'am meam. Super unum hedificat eccl'am.Et q̃uis apl'is oĩbus post resurrectionẽ suã parẽ ptãtem tribuat & dicat.Sicut misit me pater & ego mitto uos. Accipite spiritũ sanctũ tñ ut unitatẽ manifestaret unitatis eiusdẽ originẽ ab uno incipiẽtẽ sua auctoritate disposuit.Ad idẽ ẽ.c.Alien9.c.Oĩbus.c.Qm̃ uet9 p̃fata causa & questione Sed hic orit̃ unũ dubiũ. Quid cũ duo uel pl'res sũt in ecclesia gerẽtes se p̃ papa & quilibet hoꝝ habet suã sequelã. Quis eoꝝ dicet̃ scismatic9 cum suis seq̃cibus Ratio aut constat aut cõit̃ tenetur q̃ quilibet eoꝝ ĩtrus9 est idest non canonice electus.Aut cõstat unũ eoꝝ canonice & rite electũ.vꝫ a duabus ptib9 cardinaliũ & sine uiolentia & postea ali9 supinduct9 aut dubitat̃ quis illorum sit canonice uel rite electus unus uel alter.Et in primo casu nullus eorũ est papa sed q̃libet eoꝝ scismaticus cũ his qui scienter sequũt̃ ipm̃ & excoĩcati sunt ipõ facto.Extra de electione.c.Licet.Et de hoc loquit̃.c. Si duo: lxxix.di. Vbi dr̃ .Si duo forte cõtra fas temeritate concertantiũ fuerint ordinati in sũmos põtifices nullum ex eis futuꝝ sacerdotẽ idest sũmũ põtificẽ pmittim9. Sed illũ solum in sede apl'ica pmansuꝝ censem9 quẽ ex numero clericoꝝ idest cardinalium noua ordinatione dĩnũ iudiciũ & uniuersitatis consensus elegerint.Nec obstat q̃ hoc statuit Honorius August9 & ad impatorẽ nõ spectat statuere aliq̃d de electionibus eccl'e siccut nec de reb9 aliis eccl'asticis ut.lxxxxvi.di.c.Bñ quia ut dr̃ in glo.i p̃fato.c. Si duo.Honorius fecit illud rogatu eccl'e & eccl'a apporbauit. Iõ rõe approbationis statutũ illud ualet q̃si fecisset eccl'a.Qñ ergo constat nullum eoꝝ canonice electum ut q̃a nõ a cardinalibus sed ab aliis in quo casu loquit̃.c.Si quis ex ep̃is Et.c.Si quis peccunia.lxxix.di. Vel si a cardinalib9 nõ tñ à duab9 ptib9 cardinaliũ ut in.c.Licet de electione.q̃ tali adheret uere scismatic9 ẽ.Et p cõciliũ puidẽdũ esset cũ cardinales hui9mõi essẽt. Alias si ipi cardinales aliũ eligerent ille esset uerus apl'ic9. Et nota q̃ ex hoc q̃ electio pape symoniace facta esset a cardinalibus dũmõ alias rite cessare nõ põt nec tolli q̃n sit uerus papa.Et similiter q̃ntũcũq̃ criminosus & irregularis esset electus ut dicit glo.in.c. Si quis pecuĩa In scd'o casu.s.cũ cõstat unũ canonice electũ & postea ali9 se intrudit sicut Cornelius papa qui Fabiano successit & p9 eũ canonice creatũ Nouatian9 quidã papã se fecit ut dr̃ vii.q.i.c.Factus ẽ.Et.c.Nouatianus.Tũc pimus ẽ uerus papa & secund9 apostatic9 & scismatic9 cũ sequacib9 eius.Sic sub Eugonio.iii.factũ est scisma tẽpore beati Bernar. Nã ipõ Eugonio rite electo alius intrusus est Sed meritis & labore sancti Bernardi scisma illud ablatũ fuit remanẽte Eugonio in apl'ica sede. Deinde sub Ioh.xxii.factũ ẽ aliud scisma. Nam cum ipe declararet

fore hereticos qui assererent xp̄m nihil habuisse in cōi etiā mobile. quidā fraticelli nūcupati de opinione dixerunt ip̄m papā Ioh̄. hereticū cū successoribus & sequacib9 eius & fecert aliū papā Pisis. Greci aūt circa annū dn̄i nōgētesimum scisma facientes in heresim inciderūt de spiritu sancto dānatā ꝯ sūma trinitate & fide catholica. c. i. li. vi. Sed reducti fuere ad eccl'e unitatē tēpore Eugenii. iiii In tertio uero casu cū dubiū ē q̄s hoꝝ duoꝝ sit canonice electus puta q̄ a electio primi dicitur facta per metum qui cadit in constantem uiꝝ q̄uis a duabus ꝑtib9 cardinaliū postmodū ab eis fit electio sine uiolētia & metu quocūq; sicut accidit casus circa annos dn̄i. M. ccc. lxxx. Nā mortuo Gregi. xi. cardinales debentes ꝑcedere ad electionē successoris ut dicit fuerūt a romanis cōmīati. Q̄ occiderent si nō eligerēt Italicū aliquē. Elegerūt igit archiep̄m barēsem q̄ tunc erat Rome exprimentes ei ꝙ eligebant eū ad uitandū ꝑiculū seu fingebant eligere. Electo igit illo q̄ Vrban9. vi. dictus ē ille ut fert dixit. ꝙ si uolebāt eū eligere uolūtarie eligerent quia intēdebat esse papa. Publicato igit Vrbano papa & a cardinalibus ip̄is adorato & consecrato de consensu eoꝝ ac p̄ncipib9 xp̄ianitatis ac p eos significato ꝙ canonice esset elect9. inde ad aliquot mēses ipsi recesserunt ab eo Et fugientes ad ciuitatem fundensem que ē ī pricipio regni ibi elegerūt alium qui dictus ē Clemens. vi. qui trāstulit curiā suā in Auione. illumq; uenerata est pro papa tota francia & hyspania & cathalonia. Alteri uero. s. Vrbano adhesit Italia alamania & ungaria ꝑseuerauitq; hoc pessimū scisma ultra. xxx. ānos. Cū ergo hic esset dubiū ex ignorantia facti quia exceptis cardinalib9 & paucis aliis tūc p̄ntib9 ceteri scire nō poterāt si talia sic ꝓcesserūt uel alit cū diuersi diuersimode referrēt & partim etiā ignorātia iuris q̄a dubiū erat apud ꝑitissimos utrū fuerit talis met9 qui cadere posset in cōstantē uiꝝ uel nō. uel etiā q̄a p9 electionē habuerunt tempus ad recedendū & nō fecerūt. īmo p signa exp̄ssa ōn̄derunt uolūtarie & libere factā electionē. In illo ergo scismate illi ꝓprie erāt scismatici qui scientes factū contra iura ul' cōtra consciāȝ faciebāt ducti amore uel odio uel cupiditate uel ambitione. Alii uero excusabant etiā adherendo ei q̄ nō erat uerus papa quē tn̄ ip̄i credebāt ueꝝ. Et q̄uis una pars excoīcaret alterā tn̄ qui simplr̄ iherebāt excusari uidebāt Durāte uero illo scismate p9 Vrbanū successit ex altera parte Bonifaci9. ix. Bonifacio successit Innoc. vi. Innoc. Gregi. xii. Ex alia parte Clementi successit Bn̄dict9. xii. Sub his aūt. s. Gregi. xii. ex una parte & Benedicto ex altera factū ē aliud scisma anno dn̄i. M. cccc. x. Nā recedentib9 cardinalib9 ab utroq; papa & cōuenietib9 pisis cōciliū celebrātib9 depositis illis duob9. s. Gregi. & Bn̄dicto sub ea vȝ rōne q̄a dicebāt scādalizare facto suo publico totā eccl'iaȝ cū nō uellēt cōuenire insimul in aliquo uno loco ut ꝓmiserant

& iurauerãt. Demũ creat⁹ ẽ Pisis Alex papa q̃ fuit Petrus d'Cãdia ordinis minorũ cui successit Ioh.xxiii. Bonon[ie] electus. Et cũ pene oẽs reges & principes x̄piãnitatis dimissis Greg. & Bñdicto obiam dedissent Alexã. & successori suo tñ adhuc maximũ dubiũ erat utrũ causa p̃p̃t quã creat⁹ fuit Alexã. v₃ q̃a Greg⁹ & Bñdictus scãdalizabãt eccl[ia]ã esset uera. nihilomin⁹ ex quacũq₃ triũ p̃tiũ qui cũq₃ simplr̃ credebat suũ eẽ p̃apã & nõ alios mot⁹ cõscie dictamie parat⁹ etiã adherere alteri si hoc sibi cõstaret excusatus creditur a uitio scismatis & setẽtiis eius cuius signũ ẽ q̄ in qualibet obia erãt multi pitissimi & sancti uiri. Nam sub Vrbano & Bonifacio fuit sancta Brigida & sãcta Katherina de senis. Sub Clemente & Benedicto ex alia p̃te fuit beatus Petrus de luciburgo clarus miracul' Sub Benedicto etiã fuit sanctus Vincẽti⁹ de ordine p̃dicatoꝝ. Tandem congregato cõcilio cõstantie Greg⁹ p̃fat⁹ sponte renũciauit p̄ Carolum de malatestis suũ in hoc p̃curatorẽ Ioh.xxiii. fugã arripuit sed capt⁹ p̄ imp̃atorẽ redut & tandẽ depositus fuit. Benedict⁹ etiam q̄ nec uenire nec mittere noluit depo-sit⁹ fuit ubi creatus fuit dñs Oddo de colũna cardinalis qui fuit Martinus papa .v. Scd'a ẽ discordia ciuilis partialitatis. qñ ciues relicto amore cõis boni cõuertentes oĩa ad p̄priũ cõmodũ discordãt ad inuicẽ. Nã ut inq̃t Ari.ii. politice. Ciuilitas quedã cõicatio ẽ. Et ibidẽ. politica ẽ ordo quidã inhabitantiũ ciuitatẽ. Qñ ergo ciues non reguntur scd'm ordinẽ nec sunt cõicatiui ad dissẽsiones ueniũt. Tales sũt hodie quasi in omnib⁹ ciuitatib⁹ italie tyranni quidã de quib⁹ dici põt q̄ sapiẽs ait puer. xxix. Oĩes hoĩes pestilẽtes dissipãt ciuitatem. Et ut idẽ. ait. xi. c. In bñdictione iustoꝝ exaltabit ciuitas & ore impiorum subuertetur Impii eq̃dẽ & p̃tiales nõ rei publice sed p̄prie utilitati semp̄ inuigilant. Contra quos ait Cassiodor⁹ li. iii. ep̄laꝝ. Nobilissimi ciuis ẽ patrie sue augmenta cogitare. Et Tullius in p̄mo de officiis. Oĩo qui rei publice p̄sũt seruẽt duo p̄cepta platonis. Vnũ ut utilitatẽ ciuiũ sic tueant' ut que cunq₃ agunt ad eã referant obliti cõmoꝝ suoꝝ. Alteꝝ ut totũ corp⁹ rei publice curẽt ne dũ p̃tẽ aliquã tueant' reliquas deserant. Vt. n. tutella sic p̄curatio rei publice ad eoꝝ utilitatẽ qui cõmissi sunt nõ ad eoꝝ quib⁹ cõmissa ẽ gerenda est. Qui aũt p̃ti ciuiũ consulũt p̃tẽ negligũt rẽ p̄niciosissimã in ciuitatẽ inducunt seditionẽ atq₃ discordiã Hinc apud athenienses magne discordie orte & in nr̃a re publica nõ solũ seditiones sed etiã pestifera bella ciuilia. que grauis & fortis ciuis in re publica dignus p̄ncipatu fugiet atq₃ oderit tradetq₃ se totũ rei publice neq₃ opes aut potentiã cõsectabit' totãq₃ eã sic tuebit' ut oib⁹ consulat necnon criminibus falsis in odiũ aut inuidiam uocabit oĩoq₃ ita iustitie honestatiq₃ adherescet ut ea conseruet q̄uis grauit' offẽdat mortẽq₃ appetat poti⁹ q̃ deserat illa que dixi. Miseria

oio ē ambitio honoꝝ q̄ contentio de qua ꝑclare ē apud eundē Platonē .hec ille. Nā & antiq romani etiā ꝑpē rē publicā domesticas iniurias dissimulabāt. Vnde Valerius maxim⁹ li .iiii .rubrica de moderatione. Stagippus teciates hortātibus amicis ut grauē in admistratione rei publice & emulū sibi uehementē aduersariū sed alioqn ꝓbū & ornatū uirū qualibet rōne uel tolleret uel submoueret negauit se factuꝝ ne quē in tutelā patrie bonus ciuis locū obtineret malus & ipbus occuparet seq uehementi aduersario urgeri q̄ patriam egregio aduocato carere ꝑpauit. In eodem li. Valeri⁹ rubrica Qui ex inimicis iuncti sūt amicitia aliud refert exemplū. Emili⁹ inqt. Lepid⁹ bis cōsul & pontifex maxim⁹ splendore q hoꝝ par uite grauitate diutinas inimicitias cū fuluio flacco eiusdē amplitudinis uiro gessit quas simul ut censores renūciati sunt in campo deposuit existimans eos nō oportere ꝓuatis iimicitiis dissidere qui publice summa iuncti essent potestate. O dānosum uirus in ciuibus italie a diabolo disseminatū. Iam iam ubiq ꝑtialitates abūdāt ꝑpē quos omne bonū publicū penit⁹ destructū ē & euersum omnisq iustitia cōculcata ē & abiecta   Tertia ē discordia īportabilis societati eoꝝ qui insimul cōueniunt aut in una domo aut i uicinia aut in religione aut in aula principis aut i quocūq collegio qui discordāt nec un⁹ aliū recto oculo respicere ualēt eo q nesciūt seruare regulā Pauli dñtis ad ephe .iiii. Cū omi hūilitate & māsuetudine cū pacia supportātes iuicē in caritate solliciti ſuare unitatē spiritus in uinculo pacis. O infelix temporis huius conditio in qua ad modicum tolerare soti⁹ nescit sociū. frat' fratrē ꝓxim⁹ ꝓximū suū. Vix domus repit' in qua nō regnet diabol⁹ discordie. uix etiā ut sic dicā aliqua congregatio eoꝝ qui uocant' iusti. Vbiq secte. ubiq dissensiones. ubiq uolūtatū & aioꝝ contrarietates O quantos decipit ꝓsūptio ꝓpria & sui ipi⁹ elata opinio qui dū suas discordias imo & odia ignita considerant formant sibi consciaꝫ dñtq zelo & caritate odire ac discordare. Taceo qd' scio qd' uidi qd ue quottidie de multis q sancti reputāt' expior. Vnū dico. Q ubi cōcordia nō ē nō habitat ipe xp̄s. Dixit .n. Math. xviii. Vbi fuerint duo uel tres cōgregati in noīe meo in medio eoꝝ sum Et ecclīastici .xxv. Sapiēs notabilit' ē locutus. In tribus inqt bn̄placitum ē spūi meo que sunt grata coram deo & hominibus. Amor fratrum. Concordia proximorum. Vir & uxor bene sibi consentientes.

Q discordia offendit omne bonum hominis. S. spirituale scilicet Corporale & Temporale. Capl̄m .iii.

Eertiū mysteriū declarādū de discordia dicit' offensio. Offendit nāq discordia tria desiderata bona. Primum bonum spūale Scdm bonū corporale. Tertiū bonū tēporale.   Primū bonū qd' offendit discordia dr spūale bonū

.ſaīe.Nā nullū ē peccatū adeo graue qđ nō fiat diſcordantib9 facile.Ex illa ſig-
dē ꝓuenerūt ire rixe odia inimicitie & lites cōtētiones mendacia ꝑiuria blaſphe-
mie homicidia obſtinationes & contēptus ſacramētoꝝ eccľe. Propť illā plerıq;
ꝑ āños & āṇos nec cōfiteri nec coīcari curāt.Propterea figurata eſt diſcordia ꝑ
beſtiā de qua Ioħ.Apo.xiii ait.Vidi de mari ideſt de amaro corde diſcordantiū
beſtiā aſcendentē ideſt diſcordiā habentē capita ſeptē.ideſt ſeptem capitalia
uitia & cornua decem.ideſt tranſgreſſionem decem preceptoꝝ.Et ſuꝑ cornua
ei9 diademata decē.ideſt gloriā de malo.qm̄ diſcordātes & ꝑtiales letāť ī malis
ſuis. Scd'm bonū qđ offendit diſcordia dr̄ corporale.Facit nāq; diſcordia cor
diſcordantium triſte.Et ut diciť Prouer.xvii.Anim9 gaudēs etatē floridā facit.
Spirit9 triſtis exiccat oſſa.Et Eccľiaſtici.xxix.Iocūditas cordis hec ē uita hoīs.&
iteꝝ ibi.Añ tēpus ſenectā adducit cogitatus. Tertiū bonū qđ offēdit diſcor-
dia dr̄ temporale.Vt.n.Saluſti9 ait in Iugurtino.Concordia ꝑue res creſcunt
diſcordia maxime dilabunť.Et Tulli9 de amicitia.Que domus tam ſtabilis.que
ciuitas tā firma ē que nō odiis & diſſidiis fūdit9 poſſit euerti?Patet hoc ꝑ expi
entiā in romane reipublice deſolatione.Cur deſtructa?Cur deſolata?Cur ad
nihilū deducta romanoꝝ gloria atq; potentia?Fatua certe falſaq; fuit opinio
eoꝝ qui dixerūt Romā defeciſſe eo q̧ ibi acceptat9 ſit cult9 xp̄i.ob qđ indignati
·ipſoꝝ dii ciuitatē ipſā odio graui ſunt ꝑſecuti.Et licet Aug9 ſatis copioſe cōtra
ſic dicentes diſputet in li.de ci.dei.Tamē nō deſunt poete & hiſtoriographi q
dicunt romanorū regnū ampliſſimū fore deperditū ꝑpť ciuilia bella.Propterea
Lucanus in principio primi ſui libri ſic cantat.Bella ꝑ emathios pluſq̄ ciuilia cā
pos Iuſq; datū ſceleri canim9 populumq; potentē In ſua uictrici cōuerſū uiſcera
dextra Cognataſq; acies & rupto federe regni.Certatum totis concuſſi uiribus
orbis In cōe nefas infeſtis obuia ſignis Signa pares aquilas & pila minantia piľ
Quis furor o ciues?que tanta lumina ferri?Gentib9 inuiſis latiū ꝓbere cruorē?
Cunq; ſuperba foret Babylon ſpolianda tropheis Auſoniis.umbraq; erraret
craſſus inulta.Bella geri placuit nullos habitura triumphos.Heu quātum terre
potuit pelagiq; parari.Hoc quē ciuiles hauſerunt ſanguine dextre.Vnde uenit
titā & nox ubi ſidera fundit.q̄q; dies medius flagrātib9 eſtuat horis.Et q̄ bruma
rigens & neſcia uere remitti.Aſtringit ſcythicū glaciali frigore pōtū Subiuga
iā ſeries iā barbar9 iſſet araſſes.Et in ſcd'o li.idē ait Summū brute nefas ciuilia
bella fatemur.Qui igiť conſiderat romane urbis interitū.de qua dr̄.Roma q̄nta
fuit ipſa ruina docet.Facile cognoſcere poterit q̄nta ſit diſcordie uis ad nocēdū
ad perdendum ad deſtruendum & ānihilandū omne regnū.Sed adhuc nobis ſe
offerūt exēpla tot florētiſſimaꝝ ciuitatū Italie in quib9 uidentur palatioꝝ ruine

desolatiões uiaꝝ & plateaꝝ paucitas populoꝝ & pstine dignitatis ac felicitatis antique oĩmoda diminutio. O Bononia studioꝝ mr̃. O Ianua regina maris. O Parma. O Esculũ. O placẽtia. O. Assisiũ. O. Viterbium. O alie ciuitates & terre que discordiis & ꝑtialitatib⁹ locũ dedistis. Vbi est gloria uſa. Vbi populi multitudo? Vbi antique diuitie? O discordia maligna. O discordia detestanda ꝑpt' ill ã nẽpe ciuis insurrexit in ciuẽ frater i fratrẽ. amicus ĩ amicũ. & platee ciuitatũ hũano sanguine sũt madefacte atq; in dies ciuitatũ conditiones deteriorate eo ꝙ omne regnũ ut dictũ ẽ in principio i seipsũ diuisũ desolabit. a qua desolatiõe liberet nos xp̃s Iesus deus dei fili⁹ q cũ patre & spũitu sancto uiuit & regnat ꝑ infinita seculoꝝ secula. Amen.

Feria scd̃a tertie ebdomade ĩ q̃dragesima de diuitiis a q̃ꝝ cupiditate amoreq; inordinato retrahendi sunt penitentes qui capiunt eternas & celestes diuitias possidere. Sermo .xl.

Iecerũt illũ extra ciuitatẽ. Scribunt hec uerba originalr̃ Luc. iiii. c. & in euangelio hodierno. Horribile satis ẽ audire ꝙ nazareni eiecerunt xp̃m foras materialẽ ciuitatẽ. sed multomagis detestabile ẽ ꝙ xp̃iani ipsũ de suo corde repellant. Et licet multa sint uitia atq; peccata ꝑpt' que xp̃us a multis cõtẽnit uerũ unum est satis generale auaritia. I. ꝑpter quã pauci sunt hodie qui xp̃m uelint habere. Vt. n. dr̃ Hiere. ui. c. A maiore usq; ad minorẽ oẽs studẽt auaritie & a ꝑpheta usq; ad sacerdotẽ cũcti faciũt dolũ. Est aũt auaritia immoderatus amor pecunie ut dicit Aug⁹ ꝑ pecuniã itelligẽdo quecũq; tẽporalia bona que possideri possunt. Nã. i. q. iii. c. Totũ dr̃. Quicqd hoĩes habent i terra omnia quoꝝ dñi sunt pecunia ẽ. ꝑpterea ut hoĩes ad uerã pniaꝫ ꝑ diuitiaꝝ contemptũ proueniant in presenti sermone de diuitiis enim⁹ locuturi in quo tria mysteria erunt declaranda.

Primũ dr̃ dãnatio. Q. amor inordinatus diuitiarum reprehenditur & damnat
Secundũ conditio. uerbo & exemplo tam a sanctis q̃ a ph̃is moralibus.
Tertũ malignatio. Caplm̃. i.

Rimũ mysteriũ declarandũ de diuitiis dr̃ dãnatio. Dãnat siquidẽ non solũ a sanctis uerũ etiã a gẽtilib⁹ & moralib⁹ ph̃is. Et ut id clari⁹ habeat querẽt. Vtꝝ diuites diuitias hñtes aut habere nolẽtes possint eternam salutem acqrere. Et ꝙ nõ arguit. Primo ꝑ testimonia scripturaꝝ sanctarum. Deinde ꝑ dicta & exẽpla ph̃oꝝ. Inqt sapiens Eccl. iii. c. Si diues fueris nõ eris imunis a delicto. Et ꝓuer. xxviii. Qui festinat ditari non erit innocẽs. Et Dauid psal. xxxiii. Diuites eguerũt & esurierũt Et. i. Thi. vi. Qui uolũt diuites fieri icidũt ĩ tẽptationẽ & ĩ laqueos diaboli & desideria multa stulta & noxia que demergunt hoĩes

in interitū & ꝑditionē. Et Iac. v. c. Agite nūc diuites plorate ululantes in miseriis ur̄is que aduenient uobis. Diuitie ur̄e putrefacte sunt & uestimēta ur̄a a tineis comesta sunt. Auꝝ & argentū ur̄m eruginauit & erugo eorū in testimoniū uobis erit & māducabit carnes ur̄as sicut ignis. Et Aug⁹ in li. lxxxiii. questionū Caritatis uenenum ē spes adipiscēdoꝝ. Et Hiero⁹ ad Eustochiū dn̄is euāgeliū uocibus intonat. Nemo pōt duobus dn̄is seruire. Et audeat q̄sq̄ xp̄m mendacem facere deo & mamone seruiendo? Vociferatur ille sepe Qui uult uenire post me abneget semetip̄m & tollat crucē suā & sequat̄ me. Et ego onustus auro arbitror me xp̄m sequi. Et idem ad Iulianū ait. Diuitē purpuratū gehenne suscepit flāma. Lazarus paup plen⁹ ulceribus cui⁹ carnes putridas lābebāt canes & uix de micis mēse diuitis miserā sustinebat aīaȝ ī sinu Abrae recipit̄ & tanto patriarcha pēte letat̄ Difficile imo īpossibile ē ut p̄ntib⁹ q̄s & futuri fruat̄ bōis & hic uētrē & illic mētē impleat ut de diuitiis transeat ad diuicias ut in utroq̄ sc̄lo ꝑmus sit ut & in celo & in terra appareat gloriosus: hec ille. At sanctus sanctoꝝ xp̄s Luc. vi. c. ait Vhe uobis diuitibus q̄ habetis cōsolatiōeȝ uestrā. Et idē Math. v. Beati inq̄t paupes spū quoniā ipsoꝝ ē regnū celoꝝ. Et Math. xvi Facili⁹ ē camelū ītrare p foramē acus q̄ diuitē itrare ī regnū celoꝝ. Genitrix uero ei⁹ uirgo sanctissima Luc. ii. c. Sic cecinit Esuriētes impleuit bonis & diuites dimisit īanes Satis etiā dānabiles fore diuitias xp̄s & sancti exēplo pit̄ & ope demōstrarunt Paup siq̄dē xp̄s ex paupe mr̄e natus usq̄ ad patibulū crucis paupē uitam duxit. Vn̄ Bern. in sermone quodā ait. Omniū bonorū eterna in celis affluētia suppetebat sed pauptas nō inueīebat̄ in eis hāc itaq̄ dei filius cōcupiscens descēdit ut eam sibi assumeret & sua estimatiōe illam faceret p̄ciosā de pauptate autem xp̄i dixi in sermone de natiuitate. Paupes adhuc ip̄e uoluit esse ap̄los suos pro quibus dic̄ Criso⁹ sup Math. Si bonū esset aurū hoc utiq̄ dedisset ap̄lis xp̄s q̄ eis ineffabilia cōtulit bona Nunc aūt nō solū non dedit sed etiā habere ꝓhibuit Vn̄ & Petr⁹ in pauptate gl̄iat̄ dicēs. Aurū & argentū nō ē mihi. Ph̄i insup atq̄ gentiles suo mō dānabiles & piculosas esse p̄dicāt diuitias tēporales & illas fatent̄ noxias. Vn̄ Tullius ī ꝑmo de officiis ait. Pecunie fugiēda cupiditas ē Nihil enī est tā angusti aī tāq̄ pui q̄ amare diuitias nihil honestius magnificētiusq̄ q̄ pecuniā contēnere. Et Seneca ad Lucillum. Aude hospes contēnere opes & te quoq̄ dignū finge deo. Nemo alius ē deo dignior q̄ qui opes contēpsit. Et idē ī li. de trāq̄litate aī inducit exēplū & uerba Zenonis. Zeno inquit nr̄ cum oīa sua audisset submersa. Iubet me dixit fortuna expeditius philosophari. Et Valeri⁹ maximus de Anaxagora dicit. Q̄ cū post longā pegrinationem redisset in patriā oīaq̄ sua dissipata uidisset retulit. Non essem ego saluus nisi ista perissent

Et de Crate thebano dicit Hieroꝰ ad Paulinū & ponit.xii q ii.c. Crates ꝑpe.
c.Multi. Crates ille thebanus hō quondā ditissimꝰ cū ad philosophandū athe-
Crates
nas ꝑgeret magnum auri pondꝰ abiecit nec putauit se posse & uirtutes simul &
diuitias possidere. Et contra Iouinianū idē sic loqͭ. Leguntur plimi phoꝝ diui-
tias nō tm̄ contēpsisse sed etiā abiecisse quasi īpedimentū sapie & uirtutis fecit
hoc Socrates quē oim phorū secte tāq̄ sapie & uirtutis unicū fontē uenerantur
Et Lact.li.i.di.institu.ait. Nam & abiecisse quosdā res familiares suas & renun-
tiasse uniuersis uoluptatibus constat ut solā nudāq̧ uirtutē nudi expeditiq̧ se-
querent. Concludimus ergo ꝑ oia dicta. Q̄ diuites cū quibus uirtutes stare non
pn̄t eternā salutē non habebunt. Sed cōtra obiici pōt. Dr̄.n.ꝑuer.xiii. Redēp-
tio aie uiri diuitie ꝓprie. Et ꝑuer.xxvii. Propt̄ inopiā multi deliquerūt. Et Sa-
lustius in catelinario Semꝑ in ciuitate quibus opes nulle sunt bonis īuidēt ma-
los extollunt uetera odere noua exoptāt odio suaꝝ rerū mutari oia student. Et
Ari.iiii.ethicoꝝ. Diuitie sunt utiliū. Et.ii.rethoricoꝝ. Vnū aliquid necessariorū
est substātia. Et ibidē Oīs īdigentia mala ē Et.i.pollitice. Res possessa organū
est ad uitā. Et.ii pollitice. Confert mltitudo substātie. Et in euāgelio Luc xix.
de Zacheo diuite & ꝑncipe publicanoꝝ xp̄s dixit Hodie huic domui salus a deo
facta ē. Et Math.viii.c. Centurionē sub se milites habentē n̄ dānauit sed potiꝰ
approbauit fidē eiꝰ.d. Non inueni tantā fidē in isrl̄. Rn̄deo ad hāc questiōe3 Q̄
Diuitie cū peccato et absq; peccato sunt
diuitie pn̄t haberi cū peccato & absq̧ peccato. Cū peccato habentur triplici rōe
Prima dr̄ inordinate affectionis. Scd̄a impie iniustificationis. Tertia indebite
dispensationis. Prima rō quare dānabiles sunt diuitie dr̄ inordinate affectio
nis cū quis ad illas inordinate afficit̄ cōstituens in eis beatitudinis finē. Et sic in-
telligunt̄ oēs auctoritates que uident̄ cōcludere q̧ diuites saluari n̄ pn̄t.s.qn̄ di-
uitias diligunt tāq̄ sūmū bonū ꝑuipēdentes deū. Vn̄ in psal Diuitie si affluant
uolite cor apponere. Et Seneca ad Lucillū. Diuitiarū tibi possessionē nō inter-
dico sed efficere uolo ut illas intrepide possideas. Quod uno consequeris mō si
te etiā sine illis beate uicturū ꝑsuaseris tibi. Propterea Augꝰ li.i.de ci.dei.c.x.
ait. Cū apl's dicit. Qui uolunt diuites fieri incidūt in tēptationē ꝛc. ꝑfecto ī di
uitiis cupiditatē reprehendit non facultatē quā p̄cipit alibi dicēs. Precipe diuiti-
bus huiꝰ mundi non supbe sape neq̧ sꝑare ī incerto diuitiarū sed in deo uiuo q̄
prestat nobis oia abūdāter ad fruendū Et Hieroꝰ ad Saluiniā de Nebridio & ui
duitate Nec diuiti obsunt opes si eis bene utat̄ nec paupē egestas commendabi-
liorē facit si int̄ sordes & inopiā peccata nō caueat. Vtrūq̧ nobis testimoniū &
Abrahā patriarcha & quottidiana exēpla suppeditāt quorū alt̄ ī sūmis diuitiis
amicus dei fuit. Alii quottidie in celeribus deprehensi penas legibus soluunt.

de Abrahā insup idē ad Palmachiū ita scribit. Diues erat Abraā auro argento pecore possessione multāq̧ familiā habebat ita ut ad subitū nūtiū armare posset exercitū iuuenib⁹ electis Et.iiii.reges qui fugerāt in belan secutus occiderat tū post crebrū hospitalitatis officiū dū hoies ñ recusat suscipe meruit deū. hec ille. Dānat ergo nō diuitiaꝝ possessio sed illarū nimi⁹ supfluusq̧ amor. Sūt aūt hec amoris uitiosi tria ꝑncipalia signa. Primū cū quis sine reꝝ indigētia plus debito in diuitiis acqrendis se occupat & affligit de quo dr̄ Ecclastes.iiii.c. Vn⁹ est & scd̄m nō habet nō fratrē nō filiū & tū laborare ñ cessat nec satiantur oculi eius diuitiis nec recogitat.d.Cui laboro & fraudo animā meā bonis. In quocūq̧ uanitas est & afflictio pessima. Scd̄m signum ꝙ quis inordinate diligit diuitias est cū illas qbus ipe ñ eget ꝑpt̄ deū paupib⁹ dispēsare recusat. Et de hoc diffusius loquemur i sermone de elemosina. Tertiū signū ē cū qs se diuitiaꝝ seruū facit. Nā sunt non nulli qui diuitias etiā ad ꝑpriū cōmodū necessitate urgente exponere nolūt Noui & ego Iohem fusco uenerabilis eccl'e sācte marie maioris de urbe canonicū ditissimū q̄plura bñficia habētē eratq̧ ei substātia ml'ta abūdabat uino frumēto armentis & pecuniis. Remanserāt etiā ei argētea uascula indumenta panni libri & alia bona plima quondā fratris eius cardinalis sācti Marci Ipe tū miser & miserior ceteris auaritia uict⁹ panem & aquā sepius cōmedebat. Mulā cui insedebat ne famulum ꝑtio detineret ipse solus gubernabat Ad dormiendū sine lu ie accedebat. Calciatus incultū lectū itrabat. Dum infirmabatur uix p⁹ multos dies cū mori iā timere incipet medicū aduocabat. Vestes antiqs & laceratas deferebat nec caloribus aut frigore a labore poterat detineri pro uno denario paupes suffocabat. Semp discurrebat semper circuibat anxius & sitibundus ad thesaurizandū. Crudelis aliis crudelior sibi īimicissimus deo. O repbānda conditio. O feralis natura. O deniq̧ reprehensibile malū amare plus diuitias q̄ deū q̄ ꝑximū q̄ ꝑpriā animā q̄ etiā & corporalē uitam. Propterea Seneca in li. de beata uita ait. Diuitie apud sapientē uirū in seruitute sunt apud stultū in impio. Scd'a rō quare dānabiles sunt diuitie dr̄ ipie iniustificationis qn̄ aut iniuste acquirunt̄ aut iniuste possidentur. Tertia rō dr̄ indebite dispensationis qn̄ dispensant̄ aut his qbus dispensari nō debēt. Et de hoc dicem⁹ i sermone de elemosina aut qn̄ expendūt̄ ꝑdigal'r in his i qbus expēdi non debent ut in supfluis hedificiis cōuiuiis & indumētis & similibus absq̧ peccato habent̄ diuitie cum retinentur in usum nec propter alias offenditur deus aut proximus sed habentur aut per iusta lucra acquisite aut per hereditariā successionem illisq̧ homo utitur moderate non constituendo in eis finem ultimum.

de Joh̄e fusco Can° sc̄e m̄ maioris miserrimo

Q diuitie affligunt eos qui illas immoderate amant labore timore atq dolore quare poti9 sunt contēnende q̄ diligende. Capl'm.ii.

etiam Cesaris sic scribit Suetonius. Nullus fere triennio supuixit nullusq; natali morte obiit. Nā pars naufragio ps plio defuncta ē. Quidā se illo pugione quo Cesarē uulnerauerāt occiderūt. Dieb9 etiā nostris multa nobis exempla mrata sunt. Ex quib9 unū tacendū minime puto. In ciuitate Eugubii quidā iuuenis nōie Petrus impedire nolens testm̄ pris iam defuncti unū de executorib9 Laurentiū .s. de strociis de Florētia filiū dn̄i Pale manu ppa interfecit. Erā ego Padue ubi & dn̄s Palas supdictus etiā morabat. Egoq; sibi nuntiaui dolendū casū & inopinatū filii hortās illū plurimū ad patientiā. Seqn̄ti uero qdragesima cū Senas acessissem reperi ibi homicidā illū q sepius ad me ueniēs pcabat ut ab uxore mēi fecti que Florētie tūc erat p meas litteras sibi ueniā impetrarē. Qd cū obtinere nō ualuissem ille miser i ciuitate Senaꝝ stare decreuit. Et dū habitaret i quodā hospitio uenerūt duo ex Florētia ptio ducti q hospitē pecuīa corrumpentes in eius cellario pfatū iuuenē occiderūt amputaueruntq; digitū eius his qui illos miserāt pro signo ferendū. Dū aūt irent simul i itinere duo illi ceperūt cōtendere unusq; in sociū irruēs ipm peremit. At & ille captus ē & scd'm iuris regulas uita priuatus in partesq; diuisus tanq̄ duoꝝ homicidioꝝ pditissim9 reus. O igit terribilis iustitia dei q homicidis etiā in hac uita repēdit uicē. Timete igit illā oēs q prompti estis ad rixas & ab homicidio nobis caueatis ut sic ualeatis acquirere in hoc seculo dei gratiam & in futuro gloriam. Amen.

Sabbato quinte ebdomade in quadragesima. De sacratissima cōmunione ad quā omnes fideles se debent disponere & preparare. Sermo. lxi.

Vi māducat meā carnē & bibit meū sanguinē i me manet & ego i illo. Verba sunt redēptoris nr̄i origīalr. Ioh. vi. c. Amplius nō ē differendum dicere & loq de sanctissima cōione qm̄ iam appropinquat tp̄s quo fideles cuncti ad illā deuote sumendā esse debēt expediti. Sūt tn̄ multi q obliti salutis sue cōicare aut negligūt aut renuūt & cōtēnunt. Quibus in hoc sermone ōndere statui q̄nta sit necessitas suscipiendi sanctissimū eucharistie sacramentū. Opus equidē ē cū uerbis ueritatis conterere duriciē obstinatoꝝ qm̄ nihil piculo sius aut damnabili9 ipis pōt euenire q̄ separi ab amore a beniuolētia & a gratia dn̄i nr̄i Iesu xp̄i. Ipse utiq; in uerbis in themate allegatis se mansuꝝ pollicet cū eo qui eius carnē mādncat & sanguinē bibit i sacro altaris. Vt igit rūpant corda durissima eoꝝ qui cōmunionem fugiunt de ipsius necessitate locuturi tria mysteria proponimus declaranda.

Primū dr̄ obligatiōis. Q obligant ad cōmunionē homines tum ob memoriā
Secūdum exclusionis. passionis xp̄i tum propt ecclesie preceptum tum etiā
Tertium conditionis. propter xp̄i comminationem. Caplm. i.

Rimũ mysteriũ de cõione declarandũ dr̃ obligatiõis. Obligant̃ siquidẽ hoĩes ad cõicãdũ suscipiẽdũq; sãctissimũ sacr̃m dñi nr̃i Iesu xp̃i triplici rõne. Prĩo rõe recordatiõis. Scd̃o rõne p̃ceptiõis. Tertio ratiõe cõminatiõis.

Primo rõne recordatiõis. Institutũ siquidẽ fuit sacr̃m altaris a dño Iesu xp̃o ut fideles sui illud sumẽtes recordarent̃ amoris quẽ nobis ostendit dum pro nr̃a salute passionẽ acerbissimã crudeleq; mortẽ patientissime tolerauit. Vñ Math. xxvi. & Luce. xxii. ip̃e ait. Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Et Paulus. i. Cor. xi. ait. Quotiẽscunq; manducabitis panẽ hunc & calicẽ bibetis mortẽ dñi annunciabitis donec ueniat. Et idẽ ponit̃ ĩ snĩa de cõse. di. ii. c. Scriptura. c. Quia pass9. c. Semel xp̃s. c. In xp̃o. & c. Semel ĩmolatus. In. c. Quia xp̃i corpus. Eusebius ita loquit̃. Quia corpus assumptũ ablatur9 erat ab oculis & illatur9 siderib9 necessarium erat ut die cene sacr̃m nobis sui corporis & sanguinis cõsecraret ut coleret̃ iugit̃ per misteriũ qd̃ semel offerebat̃ ĩ p̃ciũ ut q̃a quottidiana & ĩdefessa currebat p oĩm salute redemptio ppetua esset redemptiõis oblatio & pennis uictĩa illa iugit̃ uiueret & ĩ memoria & sp p̃ñs esset ĩ gratia. hec ille. Cum ergo sacramentũ hoc uenerabile fidelr̃ & deuote sumptũ xp̃m passum ad mentẽ reuocet Ingratissimi pfecto censendi sunt illi q saltẽ semel in anno cõmunicare nolunt O obstinate mẽtes q tanti bñfactoris nec etiã p raro recordari uultis. O impia aĩa peccatrix. Nõ sic fecit erga te filius dei benedicti. Nunq̃ ip̃e te obliuioni tradidit Quinimo semp fuit memor tui nascendo sugendo ubera in cuna uagiẽdo pegrinãdo uigilãdo ieiunãdo orãdo p̃dicãdo patiẽdo & moriẽdo. ppt̃ te nãq; oĩa ista fecit semp te uidebat sp te diligebat semp tecũ ĩ suo corde colloquebat̃ atq; dicebat. O aĩa delicata. O aĩa insignis & nobilis ppt̃ te sum factus hõ ppt̃ te sum carne uestitus ppt̃ te fero quoscũq; labores ppt̃ te deniq; affixus ĩ cruce pendo. Quare hoc xp̃s subdit illud Treñ. iii. Recordare paup̃tatis & trãsgressionis. i. afflictiõis mee potatiõis fellis & absinthii. O ferrea mẽs cur nõ audis uocẽ amorosi Iesu cur illũ non inspicis & p suo amore ac cõmodo tuo uitia & peccata deponis cur sacr̃m eius ĩ memoriã ipsius ut debes non accipis cur non cõpateris doloribus cruciatibus & afflictionibus eius? Quibus oĩbus grauior ẽ ingratitudo tua. Audi ip̃z o peccator audi inq̃ audi de cruce ad te clamãtẽ & dicẽtẽ s3 Bern. Vide homo que p te patior uide penas quibus afficior uide clauos quibus cõfodior nõ ẽ dolor sicut quo crucior cũ sit tant9 dolor exterior. Intus ẽ tñ dolor grauior tã ingratũ dũ te experior. Ad hanc ergo ingratitudinẽ euitandã facit cõio altissimi sacr̃i qd̃ ut p̃dictũ ẽ signũ ẽ memoratiuũ dominice passionis. Scd̃o obligant̃ homines ad cõmunionem ratione preceptionis. Precepit nãq; sancta mater ecclesia fidelibus cunctis ut cõmunionem suscipiant. De hoc autem pro

uarietate tépoꝝ uaria facta sunt statuta. In ecclesia siquidem ꝑmitiua dũ sanguis xp̃i recens ferñebat in corde credentiũ cõicabant oẽs quottidie ut patet Actuũ ii.c.& de conse.di.ii.c.Peracta. Lapsu uero tp̃ris usus cõionis deductus ẽ ad dies dñicos & de hoc dixit Aug⁹ de cõse.di.ii.c.Quottidie.Quottidie eucharistie cõ-munionẽ accipe nec laudo nec uitupero. Oibus tñ dieb⁹ dñicis cõicandũ hortor Succedente uero tp̃re statutũ fuit ut ter in anno hoĩes cõicarẽt uidelicet ĩ pasca dñi natali & pentẽ. ut expresse patet de cõse.di.ii.c. Et si non frequentius.&.c. Seculares. Notandũ tñ q̃a qđ dr̃ de conse.di.ii.c. In cena dñi.s.ꝙ cõicandũ erat in die cene intelligit de cõsilio nõ de ꝑcepto. Tempore uero in quo caritas refri guit ecclia obligauit laicos ad cõionẽ tñ semel ĩ anno sicut patet extra de pe.& re.in.c.Ois.Et tñ tanta ẽ in multis nequitia maleq̃ uoluntatis obduratio ꝙ non solũ nõ cõicant semel in anno neq̃ etiã sine cõione ꝑ annos.& annos perdurant.

Tertio obligant ad cõmunionẽ rõne cõmunicatiõis. Dicit eni xp̃s cõminan-ter.Ioh.vi.c.Nisi manducaueritis carnem filii hominis & biberitis eius sanguinẽ non habebitis uitam in uobis.

Q; excusant a peccato qui non cõmunicant semel in anno ꝑpt̃ punitionẽ uł defectum & de his qui indispositi sunt. Capłm.ii.

Ecundũ mysteriũ declarandũ de cõione dicit exclusio. Excludunt eteni a cõione nõnulli q̃ cõicare nõ debẽt iuxta statutũ ecclesie ꝑfatũ.s.semel ĩ anno ꝑpt̃ tria. Primo ꝑpt̃ punitionẽ. Scd̃o ꝑpt̃ defectionẽ. Tertio propt̃ indispositionẽ. Primo ꝑpt̃ punitionẽ.Nam nõnullis interdicta ẽ cõio semel in anno licet cõtriti sint & cõfessi ꝑpt̃ punitionẽ precedentiũ peccatoꝝ. Vnde xxxiii.q.ii.c.Latorem.dr̃ de patricida aut matricida ꝙ nõ debet cõicare usq̃ ad tres annos & ut dicit Ric.ĩ.iiii.Nulli notorio & manifesto ac infami peccatori cũ ad ꝑriam reuertit ẽ statim eucharistia ministranda tũ ꝑpt̃ reuerentiã sacramẽti tum ut probet cõuersio uera uel ficta tum ne alii pusilli scandalizent. Posset tñ cõtrariũ fieri ubi articulus pietatis uel ne cessitatis aliq̃n alit̃.fieri suaderet puta quia esset tã feruida ꝑnia cõpunctio & lacrimaꝝ abundãtia ꝙ etiã alios ad deuo tionẽ ꝑuocaret uel mortis piculũ ĩmineret. Nã in extremo uite nulli penitenti ẽ eucharistia denegãda ut ꝑbat di.l.c.Penitens.&.xxvi.q.vi.c. Si presbit̃.&.c. Cognouimus.& de electiõe i.c.Licet. Scd̃a rõ q̃re aliqui excludunt a cõione dr̃ defectiua sine defectiõis q̃n.s.aliq̃s deficit sensu aut rõne fatuitatis aut rõne etatis. De etate aũt in qua q̃s ad cõionẽ sit inducend⁹ dicit Alex.in.iiii. sume ꝙ standum ẽ arbitrio boni uiri q̃ potissime cõsiderare habet an ille q̃ cõicare debet tantam habeat fidẽ & discretionẽ ut distinguere sciat inter sacr̃m in quo realit̃ continet christus & materialem panem seu uinum. Tertia ratio quare aliqui

excludunť a cõione dr̄ indiſpoſitiõis quia non ſunt diſpoſiti cum firmo ꝓpoſito
a uitiis abſtinere qui ut dicet̃ in .ui. myſterio ſi ſic coicauerit peccat. Et rurſ9 ſi ñ
coicauerit ſemel in anno a peccato nõ ſũt imnnes. Et ſi dicat̃ ꝙ nõ uidet̃ pecca-
re q coionem omittit qa ſe ad illã indiſpoſitũ uidet cũ hoc accedat ad ſacramẽti
reuerentiã Beſpõdeo & dico ꝙ ñ peccat ꝓpter reuerentiam ſacr̃i ſed ꝓpter in-
diſpoſitiõeꝫ ſuã eo ꝙ qlibet peccator tenet̃ diſponere ſe ad correctiõꝫ & emẽda
tionẽ. Ex quo dicit Alex. in .ii. ſumme ꝙ qñ peccator cogitat de ſua mala uita &
excitatur ĩtrinſecus à dei gr̃a gratis data & extrinſecus a uerbis ſcripture a uoce
ꝑdicatoꝝ ab exẽplis bonoꝝ uiroꝝ ut peccata deponat ſi in tali actu nõ agit ope
ram ut cõterat̃ de nouo mortaliter peccat peccato .ſ. negligẽtie ad qd᷒ ſequũtur
alia peccata .ſ. contẽptus diuine gratie. obduratio cordis. & ipñia. Idcirco friuola
ẽ atqꝫ ꝑiculoſa excuſatio illi9 qui dicit. Coicare nolo qa nõ ſũ diſpoſit9 peccata
relinquere. Nã licet ñ ſit cũ peccato cõmunicãdũ. tñ a peccato eſt abſtinendum
O quot detinet illaqueatos diabol9 O quot ſũt fornicatores. adulteri. ſodomite
uſuraru & ſimiles q nullam in ſuo corde mẽtionem faciunt de emendatione ſua
O iſenſati. O reprobri. O maligni inimici creatoris ueſtri dei. O damnandi cru
ciatib9 eternis. Cur dunciam ueſtrã uolũtatemqꝫ i malo ꝑſeuerẽtem nõ iſpiciti
Flete ſuper uos metipſos. Flete inq̃ quia in breui pro dilectione momentanea
luetis penas eternas. Heu heu q̃ta crudelitas. q̃ta ĩpietas q̃ta feralitas nõ cõpati
proprio periculo. ꝓprio damno atqꝫ iacture. O luxurioſi domate ueſtrã libidinẽ
O auari reſtenate ueſtrã cupiditatẽ. O ſuperbi deponite iras rancores & odia &
nolite fugere. nolite cõtemnere chriſtũ deũ. Ipſe ẽ qui ad nos uenit. Ipſe nobis
offert ſeipm̃ in ſacr̃o altaris. Sed dicet aliqs ecquis ſcire põt ſi ſine peccato &
mũdus ſit? Inqt .n. ſapiens eccleſiaſtes .iii. Nemo ſcit utꝝ odio uł amore dignus
ſit. Et Dauid in pſalmo. Delicta quis intelligit? Cui ego reſpondeo. ꝙ & ſi cer
titudinaliter de cõi lege null9 ſe ſciat eſſe in caritate tñ ꝑ cõiecturas & ſigna põt
unuſqſqꝫ id credere atqꝫ tenere. Sũt aũt he coniecture dolor de peccatis com-
miſſis ꝓpoſitũ ab illis in poſteꝝ abſtinẽdi humilis & diligens confeſſio ꝓmpta
ſatiſfactio ad bonũ operandũ expedita uolũtas. Veꝝ tñ ut ꝑdictũ ẽ ſi quis oĩno
ſe ad hoc indiſpoſitũ uiderit a ſacra coĩone oĩno abſtineat.

De trib9 conditionibus que ꝑcipue obſeruari debẽt ab his q ſanctiſſimũ ſa-
cr̃m deuote ſummere uolunt. Capł̃m .iii.

Ertiũ myſteriũ declarandũ de coione dr̄ conditio. Coicare ſiquidem uo-
lentes debẽt corp9 chriſti cũ deuotione fide ac reuerẽtia ſuſcipere qb9
neceſſaria ſunt maxime tria. Primũ eſt munditia. Scd̃m diligentia. Tertium
reuerentia. Primũ qd᷒ coicantib9 ẽ neceſſarium dr̄ mundicia que eſt triplex

Prima ē mūditia mētalis ut.s.mēs mūda sit ab oī ꝓposito malo & ab oī actu cuiꝰ
cūq; peccati mortalis. Et de hac dixit apl's.i.cor.xi.c. Probet aūt seipm hō & sic
de pane illo edat & de calice bibat. Qui enī māducat & bibit īdigne iudiciū sibi
māducat & bibit Notandū tñ ꝙ pōt qs dici indignus isto sacr̄o dupliciť. Aut
rōe ꝓprie iniquitatis & sic indignꝰ oīs exñs in peccato mortali. Aut rōne ꝓprie
ꝑuitatis & infirmitatis sic qlibet etiā q̄tūcūq; sanctus indignus est. ꝓpterea oīs
coicans dicit. Dñe non sum dignus. Sed illi ꝗ ꝓpter suā īpietatem & maliciam
īdigni sūt iuditiū sibi māducāt & bibūt dū sāctissimū sacr̄m suscipiūt. O sacerdo
tes. O religiosi eucharistiā frequētātes notate uerba signate misteria. Vhe mū
doa scandalis. Ecqs enumerat quot sūt ꝗ poluto ore presumñt accipere corpus
xpi? Verū tñ circa hoc dubiū oriť. utꝝ peccet sacerdos dans eucharistiā illi quem
scit esse in mortali peccato. Et r̄ndet Ric.in.iiii.ꝗ talis peccator aut nō petit eu
charistiā sibi dari & tunc sacerdos dādo peccaret. Aut petit & tūc distīguo. quia
aut suū peccatū ē occultū aut manifestū. Si manifestū tūc sacerdos dando sibi eu
charistiā peccaret qa legitimā cōtra ipm habet exceptionē quā sibi publice obi
icere pōt. Et accipio hic manifestū nō ꝓ oī eo qd' ꝓbari pōt qd' magis ꝓprie dr̄
manifestabile q̄ manifestū. Vnde si sacerdos sciret ꝓochianū suū esse ī crimine
qd' legitime cōtra eū posset ꝓbare ita qd' illud crimē nescirent cū ipso nisi duo
uel tres testes ꝑ quos hoc ꝓbare posset ñ ꝓpter hoc deberet eucharistiā negare
illi ī publico petēti qa iam inferret sibi penā añ criminis ꝓbationem quod fieri
non debet ut ponit.xi.q.iii.in.c.Eoꝝ. Sed accipio hic maifestū ꝑ notorio. Est
aūt peccatū notoriū uel ꝑ sñiam uel ꝑ cōfessionē factā in inditio aut euidētiam
rei que tergiuersatiōe aliq̄ celari nō pōt extra de cohītatiōe cle. & mul.c.ultimo
Si aūt peccatū suū ē occultū aut petit in occulto & tūc sacerdos sibi dādo pecca-
ret qa habet cōtra eū legitimā exceptionem quā sibi in occulto obiicere pōt. Et
ipm debet monere ne petat in publico ut hēť de conse.di.ii.c. Non prohibeat
Aut petit ī publico & tūc ē distīguēdū qa aut ē de aliena ꝓochia & tūc peccaret
sibi dando Aut est de ꝓochia sua & in tali casu sacerdos tenetur sibi dare quia cō
tra eum non habet legitimā exceptionē quā ei ī publico obiicere possit extra de
officio iudicis ordinarii.c.Si sacerdos. Sic christus coicauit Iudā quē sciebat ꝓdi-
torē ne peccatū eiꝰ occultū pāderet ut.dr̄ i.q.i.c.Christus &.vii.q.i.c.Aduer-
sitas. Illi ergo ꝗ cum peccato mortali coicare p̄sumunt Iude similes efficiuntur.
Scd'a munditia necessaria coicare uolētibꝰ dr̄ cōfessionalis. Debet nāq; qs ante
sacr̄i susceptionem mundare se ꝑ cōfessionē factā sacerdoti. Sed h̄ dubitare con
tingit. utꝝ cōtritus non confessus peccet mortaliť coicando Et r̄ndet. Ric.ꝗ di
stinguendū ē qa aut talis habet copiam confessoris idonei & tēpus sufficiens ad

confitendum & loquelã liberã aut non. Primo suscipiendo hoc sacr̃m mortalit̃ peccat qa ad hoc q̃ hõ sit dign⁹ hoc sacr̃m suscipere requirit̃ q̃ reconcilietur deo & eccl'ie que recõciliatio ẽ p̃ cõfessionẽ & absolutionẽ. Scd'o mõ subdistinguendũ est quia ut iminet scãdalũ p̃sone sue aut cois hoc ẽ populi ut qa iã incepit sacr̃ mysteriũ si sacerdos est. Et ĩ quolibet istor̃ casuũ licitũ ẽ coicare cum proposito confitendi. Si tñ nõ adest aliqs p̃dictor̃ casuũ tenet̃ expectare quousq̃ habeat cõpiã cõfessoris. Tertia mũditia que requirit̃ in uolẽtib⁹ coicare dr̃ corporalis Pro cui⁹ intelligentia notandũ scd'm Boñ. & Ric. in.iiii.di.ix. q̃ alia est imũditia corporalis que ẽ cõiũcta spirituali sicut pollutio p̃ueniens ex crapula uel ex tur pibus cogitationib⁹ p̃cedẽtib⁹ & cũ hac nõ licet ad sacr̃m accedere. Alia est imũditia pure corporalis nullũ horrorẽ inmunditie in aia generãs ut imũditia ĩ pede & hec nõ ipedit. Vnde pollutio p̃ueniẽs ex infirmitate uel debilitate nature nõ impedit usum sacri licet laudabile sit ob reuerentiã abstinere. Similit̃ imunditia menstruor̃ ñ p̃hibet mulierẽ coicare qa est imũditia pure naturalis Simile põt dici de illa infirmitate que leuit.xv. uocat̃ fluxus seminis. Et si dicetur q̃ tales i ueteri lege reputabãt imundi & arcebant̃ ab igressu i templum & ab esu agni. Rñdent p̃fati doc. q̃ istud nõ tenet̃ hodie qa lex data est in onus & i figura & p̃ illas imunditias significabant̃ imunditie spirituales. Dicit tamẽ Boñ. q̃ de⁹ diligit munditiã corporalẽ que excitat deuotionẽ mentis & abhomi nat̃ imunditiã corporalẽ que est uia ad irreuerẽtiã mentis unde qui imũdis manib⁹ tractaret corpus xp̃i p̃pt̃ irreuerentiã sacri non esset imunis a peccato Scd'm principale qd' requirit̃ & est necessariũ coicãtib⁹ dr̃ diligentia que adhuc triplex esse põt. Prima ẽ diligẽtia exaiationis debet q̃dẽ qlibet q̃ uult coicare examinare diligẽt̃ seip̃m ut cõfiteat̃ de oib⁹ peccatis mortalib⁹ de qb⁹ memor esse põt qm̃ si quis omisisset confiteri aliqd' peccatũ mortale p̃pt̃ suã uoluntariã negligentiã licet p̃suaderet sibi q̃ p̃pt̃ confessionẽ alior̃ eẽt mũd⁹ coicando peccaret mortalit̃. Et si quis facta diligẽtia sua nõ recordaret̃ nisi de uno peccato & de illo dũtaxat confiteret̃ in particulari & de oblitis in generali coicando grãm christi obtineret scd'm Sco in.iiii.di ix. Imo multociẽs oblita peccata uirtute sacri ad memoriã reducunt̃. Et tũc tenet̃ hõ p⁹ susceptũ corpus xp̃i quãcitius põt confiteri de illis ĩspeciali qd' etiã tactũ est a nobis dũ dixim⁹ de reiteratione cõfessionis. Scd'a diligẽtia est feruenti orõnis. Debẽt utiq̃ q̃ coicare hñt p̃ aliquod spatiũ ante orare feruent̃. Tertia diligentia est pie meditationis. Debent etiã pie meditari & cõtemplari clementiã & amorem dñi nr̃i Iesu xp̃i qui nobiscũ esse dignat̃ i uenerabili sacro. Tertiũ qd' est necessariũ coicãtib⁹ dr̃ reuerẽtia. Debent nãq̃ corpus xp̃i sumere cum reuerẽtia & honore genuflexi

uidelicet & pectora sua tondentes.d. Cẽturionis uerba Math. viii. Dñe nõ sum dignus ꝛc. Et de hoc deuotissimũ est exemplũ illud menteq̃ sollicita speculãdũ qđ de beato Hiero. Eusebi⁹ in eius trãsitu narrat. Scribit eni sic. Quidã frater ad locũ accedens sanctissimũ corp⁹ Iesu xp̃i secum tulit qđ ubi Hiero. ut dñi uidere potuit nobis ei auxiliantib⁹ pstrauit se in terrã ptinus & uoce & lacrimis q̃tũ poterat clamabat.d. Dñe quis ego sũ ut sim dign⁹ q̃ sub tectũ meũ intres? Meruit hoc peccator hõ? Certe dñe non sum dign⁹. Nũquid melior sum q̃ omnes p̃res mei? Tu moysi noluisti uno ictu oculi te mõ̃rare. Cur nunc tãtũ te humilias ut patiaris ad hoiem descẽdere publicanũ & peccatorẽ? Cũq̃ pximus eẽt sacerdos erigens se uir glorios⁹ genibus flexis cũ cũctis tenentib⁹ magnis lacrimis & suspiriis & q̃plures pcutiens pect⁹ suũ dixit. Tu es dñs meus & de⁹ meus qui p me passus es an forte ali⁹? Certe tu es ille q cũ deus esses solus añ tẽpora & sine principio genit⁹ a deo p̃re eterna & inuestigabili generatione q cũ ipso p̃re & spiritu sancto unus de⁹ es pmanens illud qđ eras & es intra uniꝰ puelle corpusculũ te clausisti fact⁹ hõ. Tu nẽpe es ille quẽ i Iordane baptizãte Ioħe uox subito p̃na celitus itonuit h̃ iqens ẽ fili⁹ me⁹ dilectus i quo mihi bñ cõplacui ip̃m audite. Et spirit⁹ sanct⁹ i te in colũba descẽdẽs te esse unũ cũ p̃re & eodẽ i substantia declarauit. Tu bone Iesu p me crucis tã grand'iu tuo isto qđ cerno p̃ns corpore suptulisti suppliciũ ut mortẽ quã meis incurrerã flagitiis iterimeres & aĩas antiquoꝝ quas dudũ diabolica neq̃tia ifernalib⁹ mansionib⁹ detinebat recupares & totã hũanã naturã que corruerat in mortẽ ppetuã tuo cũ ip̃a pacificato p̃re ad uitã interminabilẽ reuocares. Tu es uita uitalis & amabilis atq̃ iocũda Multaq̃ alia addidit uerba mysteriis deuotissimis plena. Quibus finitis uir dñi glorios⁹ sacr̃m suscipiẽs ad terrã supin⁹ redijt. Deide man⁹ in modũ cruci supra pectus tenens. Symeonis pp̃he uaticiniũ decantauit. Quo finito apparẽte luce q̃dã mirabili ex hac uita migrauit. Elaberem⁹ itaq̃ oẽs ut cũ omĩ deuotione qua possumus sacr̃m hoc frequẽtemus ut sic mereamur in hoc seculo pticipes fieri diuine gr̃e & in futuro sempiterne glorie in qua uidebim⁹ deũ sicuti est q̃ uiuit & regnat p omĩa secula seculoꝝ. Amen.

Dñica oliuarũ in mane de contẽptu mũdi ad quẽ nos christ⁹ rex regũ iducit uerbo pariter & exemplo. Sermo. lxii.

Ecce rex tu⁹ uenit tibi mansuet⁹ sedẽs sup asinã. Scribunt hec ũba Math. xxi. c. & in euãgelio hodierno. Inuigilandũ est accuratissime ab oĩb⁹ nobis ne decipiamur a blandiciis pditoris mũdi. Allicit eq̃dẽ nos apparenti suauitate dulciq̃ armoia bonoꝝ tẽporaliũ. Cui si p̃buerimus aures mẽtis imemores facti gr̃e celestis ruem⁹ in pelagus uastissimũ

inferni tenebrosi sicut illi q̄ syrenaꝝ cantus nō curāt euitare. De quibus sic dicit Hiero⁹ ad m̄rem & filiā i gallus cōmorantes. Narrant gētiliū fabule cātib⁹ syrenarū nautas in saxa p̄cipites & ad orphei cytharā arbores bestiasq̄ ut silicū dura mollita. Hinc & Hiero⁹ in ꝓlogo Iosue dicit. Nos ad p̄r̄ iam festinantes mortiferos syrenaꝝ cantus surda debemus aure ptrāsire ꝓpterea saluator n̄r in oī uita sua uerbo parit̄ & exemplo contēnere mundū nos docuit. Pro cui⁹ cōtēptu hac die māsuet⁹ & humilis sedere uoluit sup asinā. Et qm̄ rarissimi sūt q̄ ei⁹ exēplū sequant̄ pluresq̄ īueniunt̄ dilectores q̄ contemptores mundi. Id circo in p̄senti sermone de mundi contēptu dicemus notabimusq̄ tres principales rationes quare sit contemnendus.

Prima ratio dr̄ diuine ordinationis
Secunda finalis consumationis
Tertia maligne conditionis

Q̄ mūdus cōtēnēd⁹ ē eo q̄ de⁹ ita ordinauit & de causa ꝓductiua mundi & tēpore ac unitate Capl̄m. i.

Rima rō quare contēnendus ē mūdus dr̄ diuine ordinationis. Ordinauit enī deus ut hō diligeret ip̄m deū summū bonū nō aūt mūdum. Vn̄ magister sniaꝝ. i. di. ii li. ait. fecit deus rōalem creaturā ut summū bonū itelligeret intelligēdo amaret. amando possideret. possidendo frueret. Sed p hui⁹ parti plenīore itelligentia tria sūt de mūdo declarāda. Primū dicit̄ cālitas. Scd̄m tp̄ralitas. Tertium unitas. Primū declarandū dr̄ cālitas utꝝ. s. cā efficiēs ꝓductiua mundi fuerit ip̄e de⁹. Et circa hoc sunt tres opiniones. Prima ph̄oꝝ qui nescientes intelligere quomodo aliq̄d fieret ex nihilo sūt multa falsa de mūdo locuti Sicut patet de Democrito & Epicuro qui ut Lactanti⁹ ait. in. i. di. insti. dixerunt oīa fortuitu esse facta. Cōtra quos licet alii philosophi dixerūt mūdū esse factū ut patet primo de celo & mundo & scd̄o metauroꝝ tn̄ errauerunt. Aliqui asserētes illud factū eē a deo de sui eēn̄a. Sed hec positio sequētib⁹ philosophi apparuit inprobabilis q̄ dei eēn̄a nobilissima & oīo īuariabilis fieret corporaliū & uariabiliū materia que de se est impfecta nisi pficiat̄ p formā. Anaxagor̄ autē opinio fuit ut dicit Aꝛ. i. physicoꝝ & . ii. de aīa & in. i. de generatione q̄ mund⁹ erat factus ex pricipiis exn̄tib⁹. s. materia & forma. Sed forme latebāt ī materia āteq̄ intellect⁹ illas distigueret. Platonici uero posuerūt mūdū ex pricipiis existentibus materia & forma sed materiā posuerūt p se & formas sepatas. Thales milesi⁹ ut refert Lactanti⁹ li. i. di. insti. dixit deū ex aqua cūcta formasse. Vn̄ materiā reꝝ posuit in humor̄ & pricipiū cāmq̄ nascendi cōstituit ī deo. Omitto quid sēserit Crisipp⁹ q̄d Cleant̄ q̄d Zeno q̄d Empedocles & ceteri q̄ ideo errauerunt q̄a nescierūt cōtemplari oīpotētiam dei que ex nihilo potest facere aliq̄d. Vnde ex nihilo creauit angelos. ex nihilo materiā primā. ex nihilo creat

aĩas nostras ꝑpterea dicit Magr̄ di.xii.ii li. Creare ē de nihilo aliqd facere hoꝝ aũt nos intelligimus ex reuelatione dei facta Moysi eximio ꝓphãꝝ q ĩ prĩcipio Geñ.ita scripsit. In principio creauit de9.i.ex nihilo ꝑduxit scd̾m glo.celum & terrã Ex quo de ph̃is dicim9 illd̾ Lactãtii ĩ.i.di.ĩsti. Omissis terrenis huiuscemõi ph̃ie auctoritatibus nihil certi asserẽtib9 aggrediamur uiã rectã quos eq̃dẽ si putarẽ satis idoneos ad bñ uiuendũ duces eẽ & ipse sequerer & alios ut sequerent̃ hortarer. Sed cũ magna ĩter se concertatiõe desideãt secũq; ipsi plerũq; discordent apparet coꝝ iter neq̃q̃ esse directũ. Siqdẽ sibi q̃q; ut est libitũ ꝓprias uias ĩpresserũt cõfusionẽq; maximã ĩgrẽtib9 ueritatẽ reliquerũt. Nobis aũt q sacr̃m religionis accepim9 cũ sit ueritas reuelata diuinit9.oẽs utriusq; sexus sine ullo discrimine ad celeste papulũ connocam9.hec ille. Sileant ergo ph̃i & erroribus suis circa ꝑductionẽ mũdi ĩponãt iam finẽ. Scd̾a opinio ẽ hereticoꝝ. Nã Monichi ut cõmeõrat Aug9 in li.de natura boĩ ponẽtes duo principia unũ.s.deũ oĩuꝫ ĩuisibiliũ aliud diabolũ oium uisibiliũ dixerũt mundũ ĩstũ uisibilẽ factũ fuisse atq; ꝑductũ a diabolo tenebraꝝ prĩcipe Hãc aũt heresim ꝑditissimã conant̃ ĩpi probare auctoritate.rõe.& exẽplo. Auctoritate cõtendunt ꝓbare.d.q; diabolus in scripturis uocat̃ princeps & de9 mundi hui9. Vñ Io.xii.christ9 ait. Nũc iudiciũ ẽ mũdi nunc princeps mũdi hui9 eiiciet̃ foras Et.Io.xiii. Venit.n.prĩceps h9 mũdi & in me ñ habet q̃cq̃. Et de se Io.xix. Pilato dixit. Regnũ meũ ñ ẽ de hoc mũdo Scd̾o arguunt Manichi rõne sic. Nullũ malũ est a deo q̃a ut habet̃ Geñ.i. Vidit deus cũcta que fecerat & erant ualde bona. Et Dio9.in li°de di.noĩbus ait. A summo bono nõ egredit̃ nisi summũ bonũ. Sed mũdus est mal9. Ergo nõ ẽ a deo Q aũt sit mal9 pꝫ q̃a si esset bon9 eẽt diligẽdus q̃a scd̾m Dionisiũ ubi s̃. Bonũ ẽ naturalit̃ diligibile. Sed oĩs ꝑ̃dicat mũdum fore contẽnendũ. Vñ Io.i.canonica .ii.c.ait. Nolite diligere mundũ neq; ea que in mũdo sunt.q̃a si q̃s diligit mũdũ nõ est caritas pr̃is in eo. Et Iac.iiii.scribit̃. Adulteri an ne nescitis q̃a amicitia h9 mũdi ĩimica ẽ deo. Quicũq; ergo uoluerit amic9 h9 seculi eẽ ĩimic9 dei cõstituet̃. Et Io.vii.de mũdo christus dixit. Nõ põt mũdus odisse uos.me aũt odit q̃a testimoniũ ꝑhibeo de illo q̃a opera ei9 mala sunt. Tertio sup̃ĩducũt Manichi ad suũ errorẽ confirmandũ exẽplũ qd̾ Math.recitat.iiii.c.q̃n oñdit diabol9 christo oĩa regna mundi ꝑmittẽs se ea illi daturũ si cadẽs adorasset eũ ergo uidet̃ q; ĩp̃e erat dñs mũdi. Sed certe mẽtiunt̃ Manichei & scripturas corrũpũt distrahũtq; a ueritate sens9 q̃m ut ait Mgr̃ historiaꝝ scholasticaꝝ ĩ prĩcipio Geñ.& Alex.ĩ .ii.summe & Boñ.& Ric.di.i.ii.li. Mũdus ĩ scriptura multiplicit̃ accipi cõsueuit Nã aliq̃n accipit̃ ꝑ deo.aliq̃n pro oĩ creatura seu oĩ creata natura.aliq̃n ꝑ ipso hoĩe.aliq̃n ꝑ uita pñti aliq̃n ꝑ uitiosa uita malorum.ꝓbat̃ h acceptio multiplex

ſatis clare. Nā Io.i. dr̄ de uerbo dei. In mūdo erat. i. in pr̄e ſcd̄m Aug. Et mūdus ꝑ ip̄m fact⁹ ē. i. omne qd̕ reperit̄ ſiue in celo ſiue in terra Et mūd⁹. i. hō eū. ſ. uerbū incarnatū nō cognouit. Quod dictū refert̄ ad iudeos. q̄ etiā hō intelligat̄ nomine mūdi p₃ ꝑ illud qd̕ dr̄. Io.iii. Sic deus dilexit mūdū ut filiū ſuū unigenitū daret ut oīs q credit in illū nō peat ſ₃ habeat uitā eternā. Q̄ etiā mūd⁹ accipiat̄ ꝑ uita pn̄ti p₃ in v̄bis chriſti. d. Io.xvi. Exiui a pr̄e & ueni i mūdū iteꝝ relinquo mūdum & uado ad pr̄em. q̄ etiā mūd⁹ accipiat̄ ꝑ uita maloꝝ & iniquoꝝ hoīu₃ colligit̄ ex uerbis chriſti Io.xv. diſcipulis. d. Quia de mūdo n̄ eſtis. ſed ego elegi uos de mūdo. ꝓpterea odit uos mūdus. Diabol⁹ itaq₃ dr̄ priceps mūdi. nō q̄ ab ip̄o mūdus creat⁹ ſit. ſed q̄a ē oīm maloꝝ caput ſcd̄m illud Greg. xvi. mor. Caput iniquoꝝ diabol⁹ ē. Et hoc modo mūd⁹ dr̄ mal⁹ & merito odiēd⁹ atq₃ ſpuēd⁹ Explicauit hoc ip̄m Io. cū ſubdidit ī auctoritate p̄allegata. Nolite diligere mūdū ꝛc. Oē qd̕ ē in mūdo cōcupiſcētia carnis ē & cōcupiſcētia oculoꝝ & ſuperbia uite. Dr̄ itaq₃ diabol⁹ ꝑnceps maloꝝ rōe p̄tacta. Et a Paulo uocat̄ de⁹ hui⁹ ſcl'i nūcupatiue ſicut ab eodē phil. iii. Guloſoꝝ uēt̄ dr̄ de⁹. Et ꝑ hec dicta ſatis ſufficienter rn̄ſū eſt ad auctoritates ac rōem q̄s Maiche⁹ induxerat. Ad exēplū uero dicim⁹ q̄ dia⁹ qn̄ ꝑmittebat xp̄o mēdacit̄ loquebat̄. Voluiſſet utiq₃ decip̄e cū mēdacio ſuo ſicut decepit in paradiſo terreſtri ꝑmos hoīes & quottidie decipit ſibi credentes propterea Io.viii. xp̄s de ipſo dixit. In ueritate nō ſtetit q̄a ueritas nō ē in eo. cū loqt̄ mēdaciū ex ꝓpriis loqt̄ q̄a mēdax ē & pr̄ ei⁹. Stēt ergo cōfuſi Manichei cū diabolo pr̄e ſuo & de mūdi ꝓductione amplius non loquātur. Tertia ē opinio uera ſanctoꝝ q̄ mūd⁹ ē in eſſe ꝓduct⁹ a deo quā eccleſia ī ſymbolo appl'oꝝ p̄dicat. d. Creatorē celi & terre. Et ī ſymbolo pr̄um. Factorē celi & terre ui. o. & inui. Que ueritas colligit̄ ex dictis ſcripture utriuſq₃ teſtamenti Vn̄ ſapiens ecc. i. ait. Vnus ē altiſſimus creator oīpotēs rex metuend⁹ nimis. Et Iudith. xiii. Bn̄dict⁹ de⁹ q creauit celū & terrā Et Dauid. ī. pſal. lxxxviii. Tui ſūt celi & tua eſt terra or. t. & ple. t. f. a. & m. t. craſti. Et Iſa. xlviii. Ego ꝑmus & ego nouiſſimus. Manus mea fundauit terrā & dextera mea mēſa ē celos Et Io.i. Oīa ꝑ ip̄m facta ſunt. Et Eph. iii. In deo q creauit oīa. Et Coloſ. i. In ipſo condita ſunt uniuerſa que ſunt in celo & in terra uiſibilia & iuiſibilia. Et Heb. i. In initio tu dn̄e terram fūdaſti & op̄a manuū tuaꝝ ſunt celi. Et Actu. iiii. Dn̄e tu feciſti celū & terrā. Et. xvii. Deus q fecit mūdū & oīa que in eis ſunt. Et Apoc. x. Iurauit ꝑ uiuentē in ſecula ſcl'oꝝ q fecit celū terrā. Hoc inſup ut p̄miſſum eſt phi q̄ plures cōfirmant licet in modo ꝓducēdi deficiāt. Vn̄ Lact. li. i. di. iſti. Orpheus inqt uetuſtiſſimus poetaꝝ deū ueꝝ & magnū primogenitū appellat. eo q̄ ante ip̄m nihil ſit genitū ſed ab ip̄o ſunt cūcta generata. Et Macrobi⁹ li. i. de ſomno

Scipionis ait. Deus q̄ p̄ma causa ē uocat̄ un⁹ oīm que sunt queq̄ uident̄ esse p̄n
ceps & origo ē. Et ut inq̄t Aug⁹ li.xi.de ci.dei. Excepti ꝓphicis uocibus mund⁹
ipse ordinatissima sui mutabilitate & mobilitate & rerū omnium pulcherrima
spetie quodā mō tacite & factū se eē & nisi a deo ineffabilit̄ atq̄ inuisibiliter se
fieri potuisse ꝓclat. Et idē li.x.cōfe. Interrogaui de deo meo celum solē lunā &
stellas & rn̄derūt. Neq̄ nos scim⁹ qđ queris. Et dixi oib⁹ que circūstāt fores car
nis mee. Dicite de deo meo aliq̄d Et exclamauerūt uoce magna. Ipse fecit nos
Interrogatio mea intentio mea & rn̄seo eoꝝ species eoꝝ. hec ille Ex q̄bus oibus
cōsiderare debem⁹ q̄ admirāda sit sapia creatoris q̄ timēda & uenerāda potētia
q̄ ue laudanda ac bn̄dicēda bonitas que nobis fiūt notissima dū inspicim⁹ mūdū
istū ab illo ꝓductū de nihilo in quo oia sunt ordinatissima & nihil est sup̄fluum
atq̄ diminutū. Scđm de mūdo declarādū dr̄ tēporalitas. Et hic uidēdū est. utꝝ
mūdus fuerit a deo ꝓduct⁹ ex tēpore aut ab eterno. Et q̄busdā uisū ē Aristotilē
tenuisse q̄ mūd⁹ fuerit ab eterno ꝓpterea quia p̄mo physicoꝝ dicit Q̄ materia
est igenita & in p̄mo de celo & mūdo q̄ celū ē igenitū & nullū ingenitū incipit
esse. ergo uniuersitas reꝝ nō icepit eē. ꝓpterea Bon̄.i.di.ii.li.ait. Excellētior iͥ
p̄hos Aristoteles scđm q̄ sancti ei iponūt & cōmētatores exponūt & uerba ei⁹
p̄tendūt i hūc errorē dilapsus fuit. Quidā tn̄ moderni dicūt illū nequaq̄ sēsisse
neq̄ intēdisse ꝓbare q̄ mūd⁹ oio nō cepit. Sed qđ nō cepit motu naturali. hec
Bon̄ & sanctus Tho.q.xlv.p̄me pti dicit. Nō pōt ꝓbari demōstratiue mundum
semp̄ fuisse nec rōes q̄s ad hoc Aꝝ. inducit sunt demōstratiue simplicit̄ sed s̄m
q̄d ad cōtradicēdū positionib⁹ antiquoꝝ ponētiū icipere scđm quosdā modos
i ueritate ipossibiles. Et q̄ ita sit apparet ex tribus. Primo q̄a tā in .viii physicoꝝ
q̄ in p̄mo de celo & mundo p̄mittit q̄sdā opiniones ut Anaxagor̄ & empedocl̄
& Platōis cōtra quos rōes cōtradictorias inducit. Scđo q̄a ubicūq̄ de hac mate
ria loq̄t̄ iducit testionia antiquoꝝ q̄ nō ē demr̄atoris s; ꝑsuadētl. Tertio quia
exp̄sse dicit in p̄mo topicoꝝ q̄ quedam sunt ꝓbleumata dialetica de q̄bus rōes
nō hēmus. utꝝ mūd⁹ sit eternus. Et cū ꝓbat materiā igenitā hoc facit iō q̄a ma
teria nō habet subiectū de quo sit. & sic ꝓbat celū igenitū q̄a nō habet subiectū
ex quo generet̄. ideo materia & celū nō iceperūt p̄ generatiōꝫ ut q̄dā ponebāt
Sed quicq̄d Aꝝ. senserit & ceteri p̄hi de eternitate mūdi a nobis ꝑuifaciendū
est quoniam scriptura sacra testat̄ mundū nō fuisse ab eterno. Vn̄ ꝓuer.viii. Sa
pientia dei deus dei fili⁹ cū p̄re etern⁹ & cū spū sancto ait. Dn̄s possedit me in
initio uiaꝝ suaꝝ anq̄ q̄cq̄ faceret a pricipio. ab eterno ordinat⁹ sum. & ex antiq̄s
anq̄ terra fieret. Ipe adhuc Ies⁹ bn̄dict⁹. de⁹ icarnat⁹. Ioh̄.xvii. inq̄t. Pr̄ clarifica
filiū tuū claritate q̄ habui anq̄ mūdus fieret. Vn̄ apte inuit mūdū ab eterno nō

fuisse. Rō aūt ē ꝭm. Tho. ubi sup̄. Quia uoluntas dei ē cā reꝝ ut notaꝛ de cōse. di. .ii. & in. c. Reuera. &. c. Oīa. Sic ergo necesse ē oīa esse sicut necesse ē deū uelle cū necessitas effectus ex necessitate cause depēdeat ut dr̄. v. metaphy. Absolute ergo loquendo nō est necesse deū uelle aliq̄d nisi seip̄m. Vn̄ non ē necessarium deū uelle ꝙ mūdus semp̄ fuerit sed eatenꝰ mūdꝰ ē q̄tenꝰ deꝰ uult ip̄m eē cū esse mūdi ex dei uolūtate depēdeat sicut ex sua causa. Et si dicaꝛ. cur deus nō cōdidit mūdum an̄q̄ conderet. Rn̄det Augꝰ. li. i. sup Gen̄. cōtra Manicheos q̄a noluit Et si adhuc petaꝛ cur noluit. Adhuc rn̄det ꝙ nō possumus assignare cām uoluntatis diuine q̄a tūc esset dare aliq̄d maiꝰ uoluntate diuina qd̄ ē falsū. Ideo Mgr̄ sen. i. di. ii li. art. Volūtatꝭ dei cā querenda n̄ ē. Tūc ergo deꝰ mūdū ꝑduxit cū uoluit & sibi placuit. Qd̄ etiā cōfirmat Macrobiꝰ li. ii. de somno Scipiōis. d. Quis nō hic estimet ip̄m mūdū cepisse & nec lōgā retro eius etatem cū ab hinc ultra duo retro annoꝝ millia de excellētiū reꝝ gestarū memoria nec greca q̄dē extet historia. Nā sup̄ Ninū nihil in libros p̄claꝝ redactū est. Si. n. ab initio imo ante initiū fuit mūdꝰ cur p innumerabiliū seriē sc̄loꝝ n̄ fuerit cultꝰ quo nūc utimur iuētus nō lr̄aꝝ usus quo solo fulciꝛ eternitas? Huiꝰmodi oīa uideꝛ eternitati rerum repugnare dū opinari nō faciūt certo mundi ꝑncipio paulatī singula queq̃ reperisse. Tertiū de mundo declarādū dr̄ unitas. Circa qd̄ querīꝛ. Vtrū mūdus sit unꝰ aut plures. Et licet Anaxarchꝰ & Democritꝰ dixerit esse ifinitos mūdos tn̄ scriptura mundū noiat in singulari q̄a unꝰ ē & nō plures. Rō ē sc̄dꝫ Tho. ubi s̄ q̄a unꝰ est ordo ī rebꝰ creatis exn̄s ꝓpterea mundus dr̄ unꝰ unitate ordinis sc̄dm̄ ꝙ quedā ad alia ordinanꝛ. Nā quecūq̃ sunt a deo ordinē hn̄t adiuicē & ad ip̄m deū. Quare necesse ē ꝙ oīa ad unū mundū ꝑtineāt Hinc Arꝭ. xi. meta. Ex unitate ordinis in rebus exn̄tꝭ cōcludit unitatē dei gubernātis. Fecit ergo deus unum mūdū licet constet ex diuersis distinctisq̃ partibus & naturis oim̄ uero que sunt finē uoluit esse hoīem rōnalem sc̄dm̄ illd̄ phi. Sumꝰ quodā mō finis oim̄ eorū que sunt. Dicit tn̄ Bon̄. i. di. ii. ꝙ homo dr̄ finis sub fine. Sed deꝰ ē finis ꝑncipal̄ & ultimus q̄m oē offm̄ omnē motū omnēq̃ operationē cuiuscūq̃ create nature deꝰ ad usum hoīs deputauit. Illi nāq̃ seruiūt elemēta obsequūꝛ celestia corpora & assistunt ad custodiā angeli. Et cur ista nisi ut oīa diligāt benignissimū deum q̄ nō iō fecit mūdū ad hoīs usum ut inde ipse cōtēnereꝛ sed potiꝰ ut ab homine cognoscereꝛ & amareꝛ ꝓpt̄ tot exhibita bn̄ficia? O igiꝛ īgratissima aīa que creaturā in amore p̄ponis creatori tuo. bonū summū & īcreatū negligis atq̃ spernis pro bono uilissimo & creato. Nō sic aīa peccatrix non sic. Euigila & suscipe celū contēplare ibi deū creatorē bn̄factorē & glorificatorē tuum tibi dicētē atq̃ clamātem. Noli diligere mundū. dilige me q̄ illū ad te tā ordinate creaui. Noli me

obliuioni tradere Noli pro momētanea dilectione ꝑdere eterna gaudia & obligare te ad eterna supplicia.

Q mūdus ē cōtēnendus qa finieſ & consumabiſ. & qd cognosci pōt a nobis de huiꝰmodi fine & cōsumatione. Caplm. ii.

Cōa rō q̄re cōtēnēdus ē mundꝰ dr̄ finalis cōsumationis. hēbit nāq; mūdus iste cōsumationē & finē nec durabit semꝑ. Ad cuiꝰ clariorē itellectū in hac ꝑte circa tria dubitare cōtingit. Primo circa notitiā generalē. Secūdo circa notitiā certitudinalē. Tertio circa notitiā coniecturalē. Primo cōtigit dubitare de fine mūdi circa notitiā generalē. Vtrū. s. in generali cognoscere possimꝰ & scire q mūdus hēbit finē. Et rn̄deo q sic eo q sancte scripture oēsq; doc. id tenēt & cōfiteſ. Vn̄ Io. i. ca. c. ii. ait. Trāsit mūdus & cōcupia eiꝰ. Et. i. cor. vii. Pau. ait. Preterit figura hꝰ m̄di. Et xp̄s Luce. xxi. Et Marci. xiii. & Math. xxiiii. Celū & terra trāsibūt. Et Dauid ī psal. Opera manuū tuaꝝ sūt celi. Ipi ꝑibunt tu āt ꝑmanebis & oēs sicut uestimentū ueterascēt. Et uelut amictū mutabis eos & mutabunſ. Et sapiēs ecc. iii. Oia tēpus hn̄t & suis spatiis trāseūt uniuersa sub sole. Et Augꝰ in. q. noui & ueteris testi & xii. sup Gen̄. ad lr̄am. Incōueniens ē mūdū eternū dicere quē cū uidemꝰ passioni subiectū & ꝑ singula senectute deficere credimus & finiri. Et Gregꝰ in mor. exponens illud Iob. xiiii. c. Non resurget hō donec atteraſ celū nisi huiꝰ mūdi finis aduenerit. Humanū genꝰ a somno mortis nō euigilabit. Sed posset aliqs arguere cōtra ex dictis phoꝝ & etiā sanctoꝝ. Nā Pliniꝰ li. i. historie naturalis ait. Mundū minime eē credi par ēeternū imēsum neq; genitū neq; iterituꝝ unq̄. Et Aꝝ. li. i. de planetis. Mūdꝰ totalis ē ꝑpetuꝰ & sempiternꝰ nec cessabit unq̄ generari aīalia & plātas & oēs suas species. Et idē in. ii. de generatione. Semꝑ cōtinua erit generatio & corruptio & nūq̄ deficiet. Ric. etiā in. iiii. xliii. di. dicit Q fuit opinio quorundā phoꝝ q cū ōnia naturalia ꝑ influentiā corpoꝝ celestiū disponāſ qn̄ oēs ꝑtes celi redibūt ad primū sue creationis locū tūc oīa generabilia & corruptibilia eadē numero que an̄ fuerant reuerteneſ. Et hoc ꝑ naturā uniuersalem. que sicut dicit Aui. i. vi. meta. Est uirtus īfusa in substātias celoꝝ gubernans uniuersitatem generationū. Illa aūt celi dispositio erit i cōplemento. xxxvi. millium ānoꝝ ab illo instāti quo creatū est firmamētum. Hanc uero opinionē deridēdo cōmemorat Augꝰ. xii. de ci. dei. c. xiii. d. Q q sic tenuerūt ꝓfitebanſ Platonē iteꝝ lectuꝝ i Achademia easdēq; futuras scholas illosq; phos q an̄ fuerūt. Veꝝ tn̄ oēs phi q de mundi eternitate loquunſ aut ex ꝑte an̄ aut ex ꝑte post ut inqt Augꝰ. ix. c. ꝑfati li. xii. dicunt qd putāt non qd sciūt. Et cōtra ponētes ānoꝝ reꝝq; illā reuolutionē. sup̄dicto c. xiii. Inqt. Absit ut nos ista credamꝰ. Semel. n. christꝰ mortuus est ꝑ peccatis

nris surgens aût a mortuis iã nõ morit̃ mors ei ultra non dominabit̃.& nos post resurrectionẽ semp cũ dño erim⁹.hec ille.Sũt tñ nõnulli obiciẽtes ex dictis sacre scripture.Nã ecc.i.dr̃. Generatio p̃terit & generatio aduenit terra autẽ in eternũ manet.Et de sole luna stellis ceterisq̧ celestib⁹ corporibus. Dauid psal. .cxlviii.Statuit ea ineternũ & i seculũ seculi.ergo nõ deficiẽt & ex consequenti mundus durabit ineternũ & semp erũt terra elementa & celestia corpora. Cui obiectioni r̃ndere possum⁹ ex dictis Scoti in.iiii.di.xliii.q.i.r̃nsione ad secundũ argumentũ cũ quo cõcordãt ceteri theologi in.iiii.di.xlviii.Dicim⁹ ergo ꝙ mũdus põt considerari dupliciť.s.q̃tũ ad suã substantiã siue eeñam & q̃tum ad suas opationes mundus ergo manebit q̃ntom ad sobstãtiã sed nõ q̃ntũ ad opatiõe Vñ Ric.dicit.ꝙ cessabit mot⁹ corpoꝝ celestiũ qa ot habet̃ Apoc.x.Angel⁹ iurauit ꝙ temp⁹ ãpli⁹ ñ erit. Sed ipossibile ẽ eẽ motũ sine tẽpore.ergo mot⁹ celi cessabit nõ q̃dem p naturã sed p uoluntatẽ itelligẽtiaꝝ mouentiũ obediẽtiũ uolũtati creatoris i desinendo mouet̃ sicut ex amore eius mõ sibi obediũt i mouẽdo q̃ppt̃ cõueniẽt̃ a phõ.xii.meta.dr̃.cã pma mouet in rõe amati & desiderati. Si tñ phs i suo uerbo sanũ habuit itellectũ tũc aũt placebit creatori ut ãplios itelligentie corpora celestia nõ moueãt qa tũc hẽbit̃ finis mot⁹ corpoꝝ illoꝝ. Intelligentie eni i mouẽt illa corpora ut p motũ eoꝝ fiat renouatio iñuentiaꝝ & cõtẽperantia que reqrit̃ ad generationẽ & corruptionẽ quousq̧ impleat̃ numer⁹ electoꝝ Oẽ aũt qd̾ p aliquẽ finẽ mooet̃ illo fine hito rõnabile ẽ ꝙ ab illo motu quiescat.Tho.etiã in.iiii.sum.cõtra gentiles.c.ultio art.Quia oia corporalia quodãmõ sunt ppt̃ hoiem consumato electoꝝ numero necesse est ut totius creature corporee status imutet̃ ut cõgruat statui hoinum q̃ tũc erũt. Et qa tũc homines incorruptibiles erũt a tota creatura corporea tollet̃ generationis & corruptiõis status. Et sic nõ germinabit ãpli⁹ terra nõ ãbulabũt in siluis aĩalia non uolabunt aues in aere nõ fiet uicissitudo tẽpoꝝ non alternatio diei & noctis nõ oidebunt̃ hoĩes inhabitare terrã nõ reperient̃ ciuitates castella & opida non edificia non agriculture nõ exercitia & artes nõ erũt dominia pncipat⁹ & regna. Si aũt queretur ergo qd erit̃ R̃ndeo ꝙ in fine scl̄i oẽs hoĩes morient̃ & oẽs postea resurgent.Exurget aũt flãma conflagrationis & diluuiũ ignis sed3 illd̾ pphete Ignis añ ipm pcedet & de illo dicit glo.sup scd̃m capl̃m scd̄e Thesal̄.Et Beda i glo. sup scd̄a Petri.iii.c.ꝙ tñ ascẽdet q̃ntũ aq̃ diluuii fuit altior sup oẽs mõtes terre Et licet aliq uoluerint cõtendere ꝙ diluuiũ illud fiet naturaliť eo ꝙ illius ignis generatio erit naturalis qa uirtute ignis elemẽti & corpoꝝ celestiũ generabit̃ in materia terrestri aquea & aerea & allegant Senecã in li⁹ de questionib⁹ natura lib⁹ & Aꝝ.in.ii.meta.q aiũt. Dixit Empedocles arsurã esse terram cũ uomersa

sydera conueniēt i signo cācri & uniuersalē iundationē futurā cū eadē turba sy-
deꝝ cōuenient in capcornio. Tñ Ric.in.iiii.dicit ꝙ sicut purgatio mūdi ꝑ aquā
diluuii fuit supnaturalis ad purgādū mūdū de hoibus malis scdm qd manifeste
innuit textus sacre scripture ita & illi9 ignis ꝓductio erit supnatalis nec ē icōue
niēs ꝙ ei9 ꝓductionē ꝓcedat uehemens siccitas naturalit generata illi9 ignis ꝓ-
ductioni concordās. Nō tñ sicut dispositio necessaria sed cōgrua. Quare autem
prima purgatio mūdi fuit ꝑ aquā & scda erit ꝑ ignē dicit Boñ.xlvii.di.iiii.ꝙ rō
ē qa sicut in ꝑncipio ardor regnauit cōcupiscētie sic in senectute mūdi frig9 aua-
ritie. Refrigescet eni caritas multoꝝ & iō qa purgatio debet fieri ꝑ contrarium
sicut purgatio ardoris concupiscētie facta ē ꝑ aqnā sic purgatio frigoris malitie
& auaritie fiet ꝑ ignē. Post resurrectionē uero erit ꝓ amicis dei dies longissima
iocundissima atqꝫ leta q nūq̄ habet noctē qñqdem oēs electi cū aīa simul & cor
pore conregnabūt hinc cū xp̄o. Pro dānatis aūt reprobis fiet nox amara & tene
brosa que ꝑ infinita secula ꝓtrahet in qua nūq̄ deerūt luct9 gemitus suspiria &
uhe qñ & ipsi cū anīa sil & corpore tremēdas penas inferni luēt. Scdo contigit
dubitare circa notitiā certitudinalē. Vtꝝ possit aliqs certitudinalit scire q̄tum
tēpus sit usqꝫ ad consumationē seculi. Et rñdet Ric.di.xlvii.iiii.ꝙ nō qa ut tactū
ē supi9 cōsumatio seculi ñ depēdet a causa naturali sed a uoluntate diuina. Ideo
xp̄s dixit Math.xxv. Nescitis diē neqꝫ horā. Et Marci.xiii. De die aūt illa & ho
ra nemo scit neqꝫ hō neqꝫ angeli celoꝝ neqꝫ filius. Et scdm Augꝫ sumit hic filius
ꝑ capite rōe mēbrorū & nō rōe ꝓprie ꝑsone qm christus nouit oia oiūmqꝫ sciam
habuit ut dr in.iii.sen. Sed nulli mēbro suo declarauit q̄diu erit mūdus duratur9
Hic Luc.xii.dixit. Estote parati quia qua hora non putatis filius hois ueniet. Et
Marci.xiii. Videte uigilate & orate nescitis eni qñ tēpus sit. Tertio contingit
dubitare circa notitiā coniecturalē utꝝ.s.ꝑ coniecturas aliquas posset quis assē
rere modico tēpore mūdum fore duratuꝝ. Et qdā dicūt ꝙ sic inducentes suo mō
tres ꝑncipales cōiecturas. Prima ē etatū antiquitas. Dn̄t eni etates mūdi etati
hominis cōpari. Qd Aug9 sentire uidet sup Io.&.xxii.li.de ci.dei in fine. Sicut
ergo sex sunt etates hois & i sexta ñ pōt diu uiuere ita ergo i sexta etate diu du
rare neqt. Prima etas hois est infantia que durat usqꝫ ad septimū ānū. Scda est
pueritia usqꝫ ad.xiiii.annū. Tertia ē adolescētia usqꝫ ad.xxv. Quarta est iuuētus
usqꝫ ad.l. Quita ē senectus usqꝫ ad.lxxx. Sexta ē decrepitas usqꝫ ad mortē. Cum
aūt ad illā pueritiā cert9 est ꝙ mors nō multū tardabit. Et licet qñqꝫ senes con-
fortent seipos dicantqꝫ ꝙ adolescentes etiā moriūt allegantes illud dictū Tulii
in li° de senectute. Frustra sperat adolescens se diu uictuꝝ. Quid eni stulti9 quā
incerta ꝓ certis hr̄e qm etiā illa etas multo plures q̄ senect9 mortis habet casus

Facili9 enī adolescentes ī morbos īcidūt graui9 egrotāt tristi9 curāt. Tñ urbana cōfutatio hui9mōi snīa est quā facit sancta Marcella de qua Hiero9 in epistola ad Prīcipiā ait. Orbata pr̄is morte uiro quoq; post nuptias septio mense ꝑuata est. Cūq; eā Cerealis In9 clarū int' cōsules nomē ē ꝑpt' etatē & antiqtatē fami lie & insignē qd' maxie uiris placere consueuit decorē corporis ac moꝝ tēperan tiā ābitiosi9 peteret suasq; longeu9 polliceret' diuitias sed nō q̄si in uxorē & q̄si ī filiā uellet donationes trāsfūdere. Albinaq; mr̄ tā claꝝ p̄sidiū uiduitate dom9 ultro appeteret illa r̄ndit. Si uellē nubere & non eterne me pudicitie dedicare utiq; maritū quererē nō hereditatē. Illoq; mādante posse & senes diu uiuere & iuuenes cito mori elegant' lusit iuuenis qdē pōt cito mori. Sȝ senex diu uiuere n̄ pōt. hec ille. Si ergo mors uicina ē senectuti ergo finis īminet mūdo iam senes centi. Est eqdē ꝑma etas ei9 ab Adā usq; ad Noe. Scd'. a Noe usq; ad Abraham Tertia ab Abrahā usq; ad Dauid. Quarta a Dauid usq; ad captiuitatē Babylōis Quīta a captiuitate Babylonis usq; ad christū. Sexta a xp̄o usq; ad finē mundi. Ex ista aūt sexta etate fluxerūt. M.cccc.lxvi. q̄re uidet' q; parū ē illud qd' supē. Scd'a coniectura quā assumūt alii de ꝓpīquitate finis mūdi ē antixp̄i uicinitas. Asserūt enī scd'm ꝓphetias āx̄pm fore de ꝓximo uentuꝝ post cui9 aduētū nō multū durabit mūd9. Tertia coniectura ē peccatorū cōsumata īiqtas. Refrigiut qppe caritas multorū & ex oī ꝑte supabūdat malitia & ingratitudo occupauit cūctos habitatores terre. Verūtñ cū cōiecturis hui9modi aut similib9 non audeo ego affirmare qcq̄ de uicinitate finis mūdi sequens in hoc Aug. qui li° de ci dei .xviii. c liii. ait. Frustra annos q remanent huic seculo cōputare ac diffinire conamur cū hoc scire nō eē nostꝝ ex ore ueritatis audiuim9. Quos tñ alii q̄drigentos alii qngentos alii etiā mille ab ascēsione dñi usq; ad ultimū ei9 aduentū cōpleri posse dixerūt. Quēadmodū aūt quisq; eoꝝ astruat opinionē suā longū est demō strare & nō est necessariū. Cōiecturis qppe utūt' hūanis nō ab eis aliqd certum de scripture canonice auctoritate ꝓfert'. Oīum uero de hac re calculātiū digito resoluit & qescere iubet ille q dicit. Non est uestꝝ nosce tēpora uel momenta que pr̄ posuit in sua potestate. hec ille. Quare ut optīe hāc ꝑtem cōcludam oī curiositate dimissa. dico q; satis debet esse oībus nobis qa cito deficiem9 & ī breui rapiet nos uiolētissima mors. Tūc ergo nobis deficiet qñ uita pñti ꝑuabimur

Q; cōtemnend9 ē mūd9 qa ē falsus & uanitate plen9 sicut apparet ī exēplis eoꝝ q dilexerūt illū & qa dilectores suos ducit ī dānationē. Capl'm. iii.

Ertiū misteriū siue tertia rō q̄re contemnēd9 ē mūd9 dr̄ maligne cōditionis. Repit' siqdem ī hui9 mūdi tēporalibus bonis triplex mala cōditio Prima dr̄ falsitatis. Scd'a uanitatis. Tertia dānabilitatis. Prima cōditio bonoꝝ

huiꝰ mūdi dr̄ falsitatis. Sunt nāq̧ hec bona falsa nō uera si in eis finis constituatᷓ
qm̄ ad ueritatē boni qđ nos beatos facere debet reqrit̄ exclusio oīs mali & cuiꝰ-
cūq̧ cōtrarii. Sed in hac uita nullꝰ euitare pōt labores dolores angustias calami-
tates erūnas quibus p̄mit̄ mortaliū genus. Ex quo Hieroꝰ ad Heliodoꝝ de uita
Nepotiani ait. Vbiq̧ luctus ubiq̧ gem̄ituꝰ & plurima mortis imago. Et Boetius
li.ii. de cōso. qs ē inqt tā cōposite felicitatis ut nō aliq̄ ex ꝑte cū statꝰ sui q̄litate
rixet̄? Anxia enī res est humanoꝝ bonoꝝ cōditio & que uel nunq̄ tota ꝓueniat
uel nūq̄ tota ꝑpetua subsistat. huic census exuberat sed est sibi pudori degener
sanguis. Hūc nobilitas notū facit sed angustia rei familiaris inclusꝰ mallet eē ig
notꝰ. Ille utroq̧ circūfusꝰ uitā celibē deflet. Ille nuptiis felix orbꝰ liberis alieno
censum nutrit heredi. Aliꝰ ꝓle letat̄ filii filiaue dilictis mestꝰ illacrimat. Idcirco
nemo facile cū fortune sue conditiōe concordat. hec ille. Quare q̄si p miraculo
narrat̄ felicitas. Q. Metelli de quo Valeriꝰ li.vii.ru de felicitate ait. Quītū Me
tellū nesci in orbe terraꝝ p̄ncipē uoluit fortuna parentes ei nobilissimos dedit.
adiecit animi rarissimas dotes & corporis uires ut sufficere laboribus posset ux-
orē pudicitia & fecunditate cōspicuā cōsulatꝰ decꝰ imperatoriā potestatē specio-
sissimi triūphi ꝑtextū largita ē. Fecit ut eodē tēpore tres filios consulares unū
etiā cēsorē triūphalē uideret & q̄rtum ꝑtorē utq̧ tres filias nuptui daret earūq̧
sobolē sinu suo exciperet. Hūc uite actū eiꝰ finis consentaneꝰ excepit. Nā ultimo
senectutis spatio defunctū leniq̧ genere mortis int̄ oscula complexusq̧ carissi-
moꝝ pignorū extīctū filii & generi humeri suis p urbē latū rogo īposuerūt. hec
ille. Sed rarissima sunt huiꝰmodi exēpla ꝓpterea dixit Lucanꝰ. Felix qui potuit
mūdi euitare ruinas. Quīmo audiunt̄ oīum regū oīum p̄ncipum oīumq̧ magi-
stratoꝝ sepiꝰ deflēde querele. Nec pōt aliqs diu ꝑsistere qn tm̄ clamet & dicat
Heu mihi quia circūdederūt me mala. Patet hoc in exēplo illo qđ Tulliꝰ refert
ī li° de finibꝰ bonorū & maloꝝ. Quod etiā recitat Valeriꝰ de mutatione moꝝ &
fortune Et Pliniꝰ ī historia naturali. Polycrates inqt Samiorum tyrannus adeo
sibi fortunā obseqosam habuit q̧ oīa desiderata ꝑficiebat. Ad moderādā igitur
